

Illustrazione della pagina precedente:
ASGe, *Archivio Segreto, Materie politiche*, 2722, doc. 26

1216, luglio 24, Perugia

Onorio III informa gli arcivescovi e i vescovi della Sardegna della sua elezione a pontefice dopo la morte di Innocenzo <III>; manifesta loro la sua benevolenza e li invita a rassicurare i crociati delle rispettive diocesi sulla sua volontà di realizzare la Crociata progettata dal suo predecessore.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 1rv, ep. 3, con data luglio 25, indirizzata ai suffraganei della Chiesa di Pisa. Accanto, sul lato esterno di 1v, all'altezza del primo rigo del doc. viene nuovamente riportato l'indirizzo *Suffraganeis Ecclesie Pisane*; poco sotto, la cifra *III. C o p i a s e m p l i c e* [B]: BUCa, S.P. 6 bis, 4.7, 15rv. Sopra l'*intitulatio*, in inchiostro rosso «Epistula Honorii pape tertii missa in Sardiniam de promotione sua». L'edizione è basata su B, con segnalazione delle varianti di R.

E d i z i o n i : *Annales*, 20, p. 355 (*ad annum* 1216, nn. 18-19); HOROY, II, doc. I, coll. 1-2, con data 15 luglio e indirizzata «ad Johannem regem Hierosolimitanum».

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5317-5320, p. 468, a destinatari diversi; PRESSUTTI, I, 3, p. 2.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per Sardiniam constitutis. Salutem et apostolicam benedictionem^a.

Magnus Dominus et laudabilis nimis¹, gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatis faciensque prodigia immutat tempora² alto sue dispositionis consilio, cui consiliarius alius non existit³, et vocat ea que non sunt tamquam ea que sunt, ut non glo-

1. ^a *In R Suffraganeis Ecclesie Pisane*

1. ¹ «Magnus...nimis»: Salmi 144,3.

² «immutat tempora»: richiama Ecclesiastico 33,8.

³ «consiliarius alius non existit»: richiama Romani 11,34.

rietur omnis caro in conspectu eius sed quemadmodum scriptum est qui gloriatur in Domino gloriatur⁴. Ipse namquod dat secretorum scrutatores, quasi non sint et velud inanes iudices terre facit⁵, arefaciens stagna, flumina in insulas collocando⁶, ab Oriente ac Occidente congregat sibi semen, et dicit aquiloni: da, et austro: noli prohibere⁷, ut illi quibus aridet prosperitas filios aquilonis impedire non possint venire in gratiam filiorum qua ponit humiles in sublimi et merentes erigit sospitate⁸. Cumque inconprehensibilia sint iudicia sua et investigabiles eius vie⁹, istud ex eis tenemus pro certo: quod omnia iusto facit iudicio nobis tamen ineffabili et occulto. Sane, felicitis recordationis Innocentio papa predecessore nostro, septimodecimo Kalendas Augusti soluto debito carnis ad regionem sanctorum spirituum, ut credimus, evocato et sequenti die celebratis exequiis ac cum honore debito collocato ipsius corpore in sepulcro, una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem, et die tertio, Spiritus Sancti gratia invocata, super hoc tractavimus diligenter, et post tractatum diutinum placuit fratribus universis humeris nostris quamvis insufficientibus imponere onus istud, et licet in primis duxerimus resistendum, ne tamen videremur vocationi divine resistere, submisimus humeros ad portandum¹⁰, sperantes in eo qui linguas infantium facit disertas¹¹, quod ipse qui vota fratrum aspirando prevenit prosequetur etiam adiuvando, fiduciam enim talem habemus per Christum ad Deum non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed nostra sufficientia est ex Deo, qui nos ad suum ministerium evocavit. Nos enim tamquam principalia membra Ecclesie honorare intendimus et

⁴ «ut non gloriatur...Domino gloriatur»: 1Corinzi 1,29-31.

⁵ «Ipse...facit»: Isaia 40,23.

⁶ «arefaciens...collocando»: richiama Isaia 42,15.

⁷ «ab oriente...prohibere»: Isaia 43,5-6.

⁸ «qua...sospitate»: Giobbe 5,11.

⁹ «inconprehensibilia...vie»: Romani 11,33.

¹⁰ «submisimus humeros ad portandum»: richiama Ecclesiastico 6,26.

¹¹ «sperantes...disertas»: Sapienza 10,21.

in quantum permiserit Dominus in vestris necessitatibus adiu-
vare. Ad hec volumus et mandamus ut cruce signatos vestra-
rum diocesum attentius exortemini ne propter obitum prefati
predecessoris nostri consternatur corda eorum neque formi-
dent quasi ex hoc Terre Sancte impediatur succursus, quoniam
et si illius sufficientie nostra videatur inferior ad liberationem
tamen ipsius votis non minoribus aspiramus quibus ipse do-
minus, qui sperantes in se nullatenus deserit, effectum tribuat
et profectum ut quod possibilitas nostra non optinet eius nobis
gratia largiatur.

Datum Perusii .VIII. Kalendas Augusti pontificatus nostri
anno primo.

2

1216, agosto 12, Perugia

Onorio III – come già i suoi predecessori Clemente <III> e
Innocenzo <III> – conferma all'abbazia di Montecassino tutte
le sue proprietà, compresi i monasteri in Sardegna: S. Maria di
Tergu, S. Elia di Monte Santo, S. Eliseo, S. Maria *de Sabuclo*,
S. Maria di Torralba, S. Maria di Taniga, S. Pietro *de Tricingle*,
S. Nicola e S. Maria *in Soliu*, S. Nicola *de Talasa*, S. Michele *in*
Ferrucesi, S. Giorgio *in Ticillo*, S. Pietro *de Simbranos*, S. Pietro
di Nurki, S. Nicola di Nulvi, S. Giovanni e S. Elia di Sedinì.

O r i g i n a l e [A]: Archivio dell'Abbazia di Montecassino,
Aula III, capsula I, cassetto III, n° 29, 1216 agosto 12, Perugia.

E d i z i o n i : GATTOLA, II, coll. 428-440; CDS, I, XIII, doc.
XXXIII, pp. 328-329; *Bullarium Romanum*, III, doc. I, pp. 304-309;
HOROY, II, doc. XIV, coll. 17-24; SABA, doc. XLIII, pp. 213-214. Si
riporta qui l'edizione di Saba, che pubblicò solo le parti relative alla
Sardegna.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5327, p. 469; PRESSUTTI, I, 21, p. 5;
LECCISOTTI, I, n° 29, p. 20.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis

Stephano¹ abbati monasterii S. Benedicti Cassinensis, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In perpetuum.

Omnipotenti Deo, cuius melior est misericordia super vitas, gratias agimus copiosas, quoniam gloriosus in sanctis suis, atque mirabilis est virtutes suas ubicumque vult ineffabili bonitate demonstrat. Ipse quippe dignationis sue potentia beatissimum Benedictum patrem constituit monachorum, ipsum monastice legis latorem et operatorem esse disponens, ut merito Cassinense monasterium in quo et sanctissime vixit et gloriosissime obiit, omnibus per Occidentem monasteriis dignitatis privilegio antecellat. Quoniam, igitur, dignum est, ut tam celebre ac solemne monasterium <apostolica Sedes specialius amplectatur>^a, ipsum ad exemplar felicitatis memorie Clementis et Innocentii² Romanorum pontificum predecessorum nostrorum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. [...] Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: [...]

In Sardinia insula ecclesiam S. Marie³, S. Helie in Monte et S. Helisei⁴ cum omnibus earum pertinentibus, S. Marie de Sa-

2. ^a Per l'integrazione cfr.: Innocenzo III e la Sardegna, doc. 121, pp. 132-133

2. ¹ Abate di Montecassino (ottobre 1215 - 21 luglio 1227).

² Clemente III (1187-1191), cfr. GATTOLA, I, col. 340 e *IP*, III, n° 305, p. 190; e Innocenzo III (1198-1216), cfr.: *Innocenzo III e la Sardegna*, pp. 132-133, doc. 121, 1208 luglio 25, S. Germano.

³ S. Maria di Tergu nel giudicato di Torres, in diocesi d'Ampurias; nell'attuale comune omonimo.

⁴ S. Elia e S. Eliseo di Montesanto, nel giudicato di Torres, diocesi di Sorres, nel territorio dell'attuale comune di Siligo.

bucclo⁵, S. Marie de Toralbo⁶, S. Marie de Tanede⁷, S. Petri de Trecinglo⁸, S. Nicolai et S. Marie de Solio⁹ cum pertinentiis earum, S. Nicolai de Talasa¹⁰, S. Michaelis in Ferucisi¹¹, S. Georgii in Ticillo¹², S. Petri de Simbrano¹³, S. Petri in Nurchi¹⁴, S. Nicolai de Ugulfuli, S. Iohannis et S. Helie de Sitin¹⁵ [...]

Ego Honorius catholice Ecclesie episcopus *etc.*

Rota: Perfice gressos meis in semitis tuis¹⁶.

Datum Perusii, per manus Wulli¹⁷ S. R. Ecclesie notarii, .II. Idus Augusti, inditione quarta, incarnationis Dominice anno .MCCXVI. pontificatus vero domini Honorii pape tertii anno primo.

⁵ S. Maria di Sauccu, nel giudicato di Torres, diocesi di Ottana, nel territorio dell'attuale comune di Bortigali: cfr. TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 46, n° 1.

⁶ S. Maria di Torralba, nel giudicato di Torres, nell'attuale comune omonimo, diocesi di Sorres.

⁷ S. Maria di Taniga, nel giudicato di Torres, diocesi di Torres; attuale località S. Giacomo a Sassari: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 51, n° 17.

⁸ Località sconosciuta nel giudicato di Torres.

⁹ S. Nicola e S. Maria di Silanos, nel giudicato di Torres, diocesi d'Ampurias, località scomparsa nell'attuale comune di Sedini: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 41, n° 17.

¹⁰ S. Pietro di Salargiu, nel giudicato di Torres, diocesi d'Ampurias, nell'attuale comune di Castelsardo: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 41, n° 13.

¹¹ Furrighesos o Ferrukesa, nel giudicato di Torres, diocesi di Bosa, attuale comune di Villanova Monte Leone: FARA, *Opera*, I, *In Sardiniae Corographiam*, p. 188.

¹² Località sconosciuta nel giudicato di Torres.

¹³ S. Pietro di Simbranos, nel giudicato di Torres, diocesi di Ampurias, nell'attuale comune di Bulzi: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 41, n° 15.

¹⁴ S. Pietro di Nurki, nel giudicato di Torres, in diocesi di Torres, località scomparsa nell'attuale zona di La Corte comune di Sassari: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 49, n° 1; per la localizzazione si veda SODDU, *Per la localizzazione*.

¹⁵ S. Nicola di Nulvi, S. Giovanni e S. Elia di Sedini, nel giudicato di Torres, diocesi di Ampurias, negli attuali comuni omonimi.

¹⁶ Salmi 16,5.

¹⁷ Alias Wilhelmi: POTTHAST, I, n° 679.

3

1216, ottobre 15, Laterano

Onorio III rinnova all'Ordine del monastero di Vallombrosa i privilegi, le proprietà e le concessioni già accordate a suo tempo dai suoi predecessori Pasquale <II>, Adriano <IV>, Alessandro <III>, Lucio <III>, Urbano <III>, Celestino <III> e Innocenzo <III>. Tra le proprietà i monasteri di S. Michele di Plaiano, S. Michele di Salvennero e S. Michele di Erculentu, in Sardegna.

O r i g i n a l e [A]: ASFi, *Diplomatico pergamene (secc. VIII-XIV)*, 1216 ottobre 15, Ripoli, San Bartolomeo (badia vallombrosana).

E d i z i o n i : LAMI, I, pp. 557-559; CDS, XIII, doc. XXXIV, p. 329; HOROY, II, doc. XXXVII, coll. 52-56; PIRAS, pp. 226-233, doc. 19. Qui viene riportato il testo edito da Piras, adattato ai criteri della presente, solo per le parti che interessano.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5343, p. 471; PRESSUTTI, I, 60, p. 11.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbatii monasterii Vallebrosani¹, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis. In perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, au<t> <e>os a proposito revocet, aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium Vallebrosanum in quo divino mancipati estis osequio, ad exemplar felicis recordationis Paschalis, Adriani, Alexandri, Lucii, Urbani, Celestini et Innocentii² predecessorum nostrorum Romano-

3. ¹ Benigno (*post* 29 novembre 1201-inizi 1234): cfr. VOLPINI, *Benigno*, pp. 508-511.

² Pasquale II (1099-1118): cfr. *IP*, III, 10, pp. 89-90; Adriano IV (1154-1159): cfr. *IP*, III, 19, p. 22; Alessandro III (1159-1181): cfr. LAMI, I, coll. 545 e ss. e ZANETTI, doc. II, pp. 227-229, CDS, I, XII, doc. XCI, p. 237; Lucio III (1181-1185): cfr. *IP*, III, *28, p. 94; Urbano III (1185-1187): cfr. LAMI, I, coll. 548-549, CDS, I, XII,

rum pontificum, quod pro beate Marie virginis reverentia Deo dicatum est, in Romane <Ec>clesie propr<i>etatem, tutelam et protectionem Apostolice Sedis suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem loco institutus <esse> <dino>sci<tur>, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: [...] in Sardinia monasterium Sancti Michaelis de Plaiano, monasterium Sancti Michaelis de Salveneri; in Arborea monast<erium> Sancti Michaelis de Erculento³. [...]

Libertates et immunitates a predecessoribus nostris [...] Romanis pontificibus vobis indultas et usque ad hec tempora pacifice confirmatas, ratas habemus et eas auctoritate apostolica confirmamus. [...]

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia illibata et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva Sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua sati-

doc. CXV, p. 255; Celestino III (1191-1198): cfr. *IP*, III, *39, p. 96; Innocenzo III (1198-1216), cfr.: *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 4, pp. 12-15.

³ S. Michele di Plaiano, nel giudicato di Torres e omonima diocesi, nell'attuale comune di Sassari; S. Michele di Salvennero, in giudicato di Torres e diocesi di Ploaghe, nell'attuale comune di Ploaghe; S. Michele di Erculentu, in giudicato d'Arborea e diocesi di Terralba, nell'attuale comune di Arbus.

sfactione correx<eri>t, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quantum et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis invenient. AMEN. AMEN. AMEN.

Ego Honorius catholice Ecclesie episcopus subscripsi.

† Ego Cinthius tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Gregorius tituli Sancte Anastasie presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Petrus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Nicholaus Tusculanus episcopus subscripsi.

† Ego Guido Prenestinus episcopus subscripsi.

† Ego Hugo Ostiensis et Velletrensis episcopus subscripsi.

† Ego Guido Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Octavianus Sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Iohannes Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Gregorius Sancti Theodori diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Stephanus Sancti Adriani diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Laterani per manum Ranerii prioris Sancti Fridiani Lucensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, idus octobris, indictione .V., incarnationis Dominice anno .M^o.CC^o.XVI^o., pontificatus vero donni Honorii pape .III., anno primo.

3bis

1216, ottobre 26, Laterano

Onorio III – come già i suoi predecessori Alessandro <III>, Lucio <III>, Urbano <III>, Clemente <III> e Celestino <III> – conferma all'ospedale di Altopascio tutte le sue proprietà, comprese quelle che possiede nel giudicato di Cagliari e in tutta la Sardegna.

E d i z i o n i : LAMI, *Deliciae eruditorum*, pp. 1400-1410, che viene qui ripresa.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Alberto magistro hospitalis de Altopassu eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoniam xenodochium vestrum tam divitibus quam egenis multa caritatis obsequia subministrat, et in hoc studium et intentio vestra tota versatur, ut omnibus transeuntibus in necessitatibus suis ardenti desiderio subveniatis, ad amorem vestrum et incrementum ipsius hospitalis, sicut dignum est, ferventer inducimur et vos in tam pio, tam sancto et laudabili proposito exhortari, fovere, et corroborare, desideramus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum hospitale una cum ecclesia Sancti Iacobi et cum omnibus adiacentiis et iis que ad iam dictum hospitale pertinent sive sint campi, vinee, silve, prata, nemora, aque piscationes, iuxta idem hospitale aut alibi constituta, ad exemplar predecessorum nostrorum felicis recordationis Alexandri, Lucii, Urbani, Clementis, et Celestini¹ Romanorum pontificum sub Beati Petri et nostri protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona prefatum hospitale in presentiarum iuste et canonice possideat aut in futurum

3bis. ¹ Alessandro III (1159-1181); Lucio III (1181-1185); Urbano III (1185-1187); Celestino III (1191-1198).

concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permanent. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: [...] quidquid habetis in toto iudicatu Calaritano; quidquid habetis in Sardinia [...]

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat *et cetera*.

Ego Honorius catholice Ecclesie episcopus. Ego Cinthius Ecclesie S. Laurentii in Lucina, presbiter cardinalis. Ego Leo Ecclesie Sancte Crucis in Ierusalem presb. card. Ego Robertus Ecclesie S. Stephani in Celio Monte presb. card. Ego Stephanus basilice duodecim Apostolorum presb. card. Ego Nicolaus Tusculanus episcopus. Ego Guido Prenestinus episc. Ego Hugo Ostiensis Velletrensis episc. Ego Pelagius Albanus episc. Ego Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. card. Ego Ioannes SS. Sergii et Bacchi diac. card. Ego Gregorius S. Theodori diac. card.

Datum Laterani, per manum Rainerii prioris S. Fridiani Lucani et Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, .VII. kl. novembris, indict. .V., incarnationis Dominice anno MCCXVI, pontificatus vero domini Honorii pape .III. anno primo.

4

1216, novembre 21, Roma S. Pietro

<Onorio III> ordina all'arcivescovo di Palermo e a vari arcivescovi della Cristianità e ai loro suffraganei – tra i quali gli arcivescovi di Cagliari, Torres e Arborea, con i loro suffraganei – di raccogliere, entro il successivo primo maggio, un ventesimo delle rendite delle loro province ecclesiastiche da destinare alla Crociata, secondo le disposizioni del concilio <lateranense IV>. La vigesima – triennale, da calcolare sulla base delle rendite percepite durante l'ultimo anno solare a partire dalla fine del concilio sino al primo novembre 1216 – dovrà essere consegnata nelle mani dei Maestri dei Templari e dell'Ordine di S. Giovanni di Gerusalemme, o dei loro incaricati.

Copia di registro [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 25r-26r, ep. 104. Sul lato interno di 25r all'altezza della seconda riga del documento, la cifra *CIII*; sul lato esterno, all'altezza della prima riga è nuovamente riportato l'indirizzo.

E d i z i o n i : HOROY, II, doc. LXV, coll. 89-93.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5362-5365, pp. 472-473, a destinatari differenti; PRESSUTTI, I, 111, pp. 19-21.

Cfr. docc. 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*Panormitano archiepiscopo et suffraganeis eius*¹

Inter cetera que ad succursum Ierosolimitane province statuta fuerunt in concilio generali², hoc de comuni assensu omnium prelatorum ibidem presentium fuit salubriter ordinatum: ut omnes omnino clerici tam subditi quam prelati vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium integre conferant in subsidium Terre Sancte, per manus eorum qui ad hoc apostolica providentia fuerint ordinati; quibusdam dumtaxat religiosis exceptis ab hac prestatione merito eximendis illisque similiter qui assumpto vel assumendo crucis signaculo sunt personaliter profecturi, ad quod omnes fideliter observandum per excommunicationis sententiam decretum est esse ligatos, ita quod illi qui super hoc fraudem scienter comiserint sententiam excommunicationis incurrant. Ut, igitur, hoc salutare statutum debitum consequatur effectum, dilectis filiis magistris domorum Militie Templi et Hospitalis Ierosolimitani // in Panormitana provincia constitutis et . . . cantori et . . . thesaurario Panormitanis hanc sollicitudinem duximus committendam, dantes eis plenariam potestatem eligendi et ordinandi duos idoneos clericos sive plures ac etiam duos fratres, unum Templi et alium Hospitalis, quos auctoritate nostra per provinciam vestram transmittant, cum suarum testimonio litterarum, ad ipsam vicesimam colligendam.

Quocirca, fraternitati vestre per apostolica scripta precipien-

4. ¹ L'arcivescovo di Palermo è Berardo (1213-1252): EUBEL, I, p. 388.

² COD, *Lateranense IV*, const. [71], *Expeditio pro recuperanda Terra sancta*.

do mandamus quatinus, vestris et subditorum vestrorum redditibus a tempore in concilio prefinito diligentius computatis, parati sitis usque ad festum omnium sanctorum de vestris certis redditibus certam summam vicesime nuntiis predictorum, quibus hoc comisimus, declarare, ac ipsis usque ad Kalendas Maii consequentes sine difficultate ac dilatione qualibet, tam de ipsis certis proventibus quam etiam de incertis, vicesimam integraliter exhibere; monentes diligenter auctoritate nostra et efficaciter inducentes abbates, capitula et decanos necnon et in singulis vestris sinodis sacerdotes et alios clericos universos in vestris diocesibus constitutos, ut in diebus super hoc ordinandis a vobis in singulis civitatibus sint parati predictam summam vicesime per triennium nuntiis antedictis plenarie solvere, secundum terminos constitutos. Sic, autem, in hoc negotio vos prudenter ac fideliter habeatis quod ex inde non possitis merito reprehendi, sed potius valeatis a Deo premium eternum in celis et laudem a nobis et aliis expectare ceterique vestro exemplo ad predicta bona fide inviolabiliter exequenda forcius animentur. Abbates autem Premonstratensis et Cisterciensis ordinum per questores huiusmodi non providimus requirendos.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, .XI. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

In eundem modum Archiepiscopo Montis Regalis et suffraganeis eius;

[...]

//

[...]

Calaritano archiepiscopo et suffraganeis eius, et magistris eiusdem provincie, et decano et archidiacono Calaritanis;

Turritano archiepiscopo et suffraganeis eius, et magistris eiusdem provincie, et decano et archidiacono Turritanis;

Alborensi archiepiscopo et suffraganeis eius, et magistris eiusdem provincie, et decano et archidiacono Alborensibus³.

³ Per arcivescovi e vescovi "sardi" cfr. Appendice I.

5

1216, dicembre 13, Roma S. Pietro

Onorio III, su richiesta del rettore dell'Ospedale di S. Leonardo di Stagno, – come già Innocenzo <III> – conferma la protezione apostolica sull'Ospedale e ne riconferma le proprietà su tutti i suoi beni, compresi quelli in Sardegna.

O r i g i n a l e [A]: ASPi, *Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta*, 1216 dicembre 13.

E d i z i o n i : SCHIRRU, *Le pergamene*, pp. 121-123 della quale si riporta l'edizione adattata nei criteri.

Honorius episcopus servus <servorum Dei>. Dilectis filiis rectori^a et fratribus hospitalis de Stagno. Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum caritatis sitis operibus ferventer expositi tanto vobis contra iniquorum malitiam debemus adesse et patrociniū vobis apostolicum benignius impartiri quanto apud vos plures pietatis solatium suis necessitatibus consequitur^b.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulacionibus clementius annuentes, domum et personas vestras cum omnibus que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, ad exemplar felicitis recordationis Innocentii¹ pape predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domum ipsam, cum terris, pratis, nemoribus, pascuis et tenimentis suis; domum quam habetis in Pisis, cum omnibus pertinentis suis; terras quas habetis apud Fasianum, que fuerunt Guidonis; terras quas habetis <Ca>sciaule, que fuerunt Jacobi quondam Crossoli; terras quas habetis in Suosse et quas habetis in Os<ione>; terras <quas habetis> apud

5. ^a In Schirru rectoris

^b In A consequitur, cfr. Schirru nota a

5. ¹ Innocenzo III (1198-1216), il documento al quale Onorio III fa cenno allo stato attuale della ricerca deve considerarsi perduto.

Olivetum, quas reliquit vobis comes Rainerius Maleparuta; et quicquid habetis in Livorna et Salvione; et possessiones quas habetis in Corsica et Sardinia², sicut ea omnia iuste ac sine^c controversia possidetis, auctoritate vobis apostolica, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Si quid autem mutatione^d magistri vestri in grave preiudicium ipsius domus aut venerabilis fratris nostri Pisani archiepiscopi, super institutione eiusdem domus vel quacumque re alia temere fuerit immutatum, per presentem paginam decernimus in statum debitum revocandum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre paginam protectionis, confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idibus Decembris, pontificatus nostri anno primo.

missione da Pisa presso la Sede apostolica

1216, dicembre

<L'arcipresbitero pisano Bartolomeo, il magister di Calci Vitale e il canonico pisano Gallo, in qualità di rappresentanti del capitolo, si recano presso la Sede apostolica per chiedere la conferma dell'elezione di Ildebrandino ad arcivescovo pisano>.

^c *In Schirru sive*

^d *In Schirru mutationis*

² S. Giorgio di Oleastro, in giudicato di Torres, nell'omonima diocesi, nell'agro dell'attuale comune di Usini; chiesa, monastero e ospedale di S. Leonardo di Bosove, in giudicato di Torres, nell'omonima diocesi, nell'attuale comune di Sassari; chiesa e ospedale di S. Leonardo di Bagnaria, in giudicato di Cagliari, nell'omonima diocesi, nell'attuale comune di Cagliari: cfr. SCHIRRU, *Le pergamene*, pp. 75-103.

La missione è testimoniata nel doc. edito in UGHELLI, III, coll. 414-415, datato 1216 dicembre 16, con il quale i tre si definiscono: «procuratores capituli Pisani apud Sedem apostolicam constituti pro confirmatione electionis domini Aleprandini facta ad Ecclesiam Pisanam».

6*

<ante 1217, febbraio 9>

<L'abate di Vallombrosa scrive ad Onorio III chiedendogli di intervenire contro i soprusi di laici ed ecclesiastici ai danni dei conventi e degli ecclesiastici dell'ordine, in Toscana, Lombardia, Romagna e Sardegna>.

L'esistenza di questo documento si deduce dal n° 9, dove Onorio scrive che l'abate e il convento vallombrosano si erano lamentati «de ipso cotidiano defectu iustitie» e «petierant» una lettera apostolica.

7-8

1217, gennaio 30 e febbraio 1, Laterano

Onorio <III> raccomanda i *fratres* dell'Ospedale di S. Leonardo di Stagno di Pisa che si accingono a chiedere in Sardegna elemosine e sovvenzionamenti per le loro attività.

O r i g i n a l e [A]: ACPi, Pergamena 840; e O r i g i n a l e [A1]: ACPi, Pergamena 839, con data febbraio 1. Poiché i due documenti sono identici relativamente al testo, per non appesantire l'edizione, si è deciso di riportare la trascrizione una sola volta.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Universis Christianifidelibus per Sardiniam constitutis. Salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout gessimus in corpore sive bonum sive

malum¹, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicatu fructu recolligere debeamus in celis summam spem fiduciam, quod tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam².

Cum, igitur, dilecti filii . . magister et fratres hospitalis Sancti Leonardi de Stagno iuxta portum Pisanum ad hoc totis viribus elaborent, ut undique confluentium egenorum pariter et egrorum necessitatibus se exponant, universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in Domino atque in remissione vobis iniungimus peccatorum, quatinus ut cooperantes sitis operum pietatis accedentibus ad vos eorum nuntiis grata subsidia et pias elemosinas conferatis, ut per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis et eterne felicitatis gaudia mereamini pervenire.

Datum Laterani, .III. Kalendas Februarii^a, pontificatus nostri anno primo.

9

<1217>, febbraio 9, Laterano

<Onorio III>, su sollecitazione dell'abate di Vallombrosa, ordina agli arcivescovi, ai vescovi, agli abati, priori, arcidiaconi e altri prelati della Toscana, Lombardia, Romagna e Sardegna, di opporsi alle violenze e ai soprusi che i conventi e gli ecclesiastici vallombrosani subiscono in quelle regioni, da parte sia di ecclesiastici sia di laici.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, Reg. Vat. 9, f. 57r, ep.

7-8. ^a *In AI* Kalendas Februarii

7-8. ¹ «omnes...malum»: 2Corinzi 5,10.

² «quoniam...eternam»: 2Corinzi 9,6.

222. Sul lato interno, all'altezza della terza riga del testo la cifra *CCXXII*. Sul margine esterno è ripetuto l'indirizzo.

E d i z i o n i : PIRAS, pp. 233-235, doc. XIX.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 318, pp. 56-57; SCANO, I, XLIX, p. 33. Cfr. doc. 6*.

Archiepiscopis et episcopis et abbatibus, prioribus, archidiaconis prepositis et aliis ecclesiarum prelati per Tusciam, Lombardiam, Romaniolam, Sardiniam constitutis^{1a}

Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonicè sententiè severitas enervatur, ut viri religiosi, et hii maxime qui per Sedis apostolicè privilegia maiori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter, autem, dilecti filii abbas² et conventus Vallymbrosane congregationis tam de frequentibus iniuriis, quam de ipso cotidiano defectu iustitiè conquerentes universitatem vestram litteris petierant apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeat magnanimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris vestro possint presidio respirare.

Ideoq̄ue, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atq̄ue precipimus, quatinus illos qui possessiones vel res seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint, aut ea iniuste detinuerint que predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsos fratres, contra apostolicè Sedis indulta, sententiam excommunicationis

9. ^a *In R* constituti

9. ¹ Per i vescovi della Sardegna cfr. Appendice I.

² Benigno (*post* 29 novembre 1201 - inizi 1234): cfr. VOLTINI, *Benigno*, pp. 508-511.

aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale³, seu nutrimentorum ipsorum scriptis apostolice Sedis privilegiis extorquere, monitione premissa, si laici fuerint publice candelis accensis excommunicationis sententia percussis; si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos, appellatione remota, ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam donec predictis fratribus plenarie satisfaciant, et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum iniectioe anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad Sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. Villas autem in quibus bona predictorum fratrum vel hominum suorum per violentiam^b detenta fuerint, quamdiu ibi sunt, interdicti sententiae supponatis.

Datum Laterani, .V. Idus Februarii^c.

10

1217, febbraio 28, Laterano

<Onorio III> ordina all'arcivescovo di Cagliari e ai suoi suffraganei di raccogliere al più presto il ventesimo dei loro sussidi da destinare alla Crociata, secondo quanto stabilito durante il concilio <lateranense IV>. Il denaro dovrà essere consegnato nelle mani dei Maestri dei Templari e dell'Ordine dell'Ospedale di Gerusalemme, o a loro incaricati, e possibilmente essere redistribuito ai fedeli che in quelle stesse diocesi intendono partire per la Terrasanta.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 81r-81v,

9. ^b *In R* violentia ^c .V. Idus Februarii *in interlinea*

9. ³ *COD, Lateranense IV*, const. 55 *Ut de terris acquirendis, non obstantibus privilegiis, decimae dentur.*

ep. 312^a. Indirizzato all'arcivescovo di Palermo e altri, tra i quali quelli di Cagliari, Torres, Arborea e loro suffraganei. Sul lato interno di 81r, un'ampia parentesi corre lungo tutto il testo sino all'altezza della ventisettesima riga; all'altezza della quinta riga, la cifra CCCXII; sul lato esterno, all'altezza della prima riga viene ritrascritta l'*inscriptio* per l'arcivescovo di Palermo. C o p i a [B]: BUCa, S.P. 6 bis, 4.7, f. 16rv. Questa edizione si basa su B con segnalazione delle varianti in R.

E d i z i o n i : HOROY, II, doc. CCXLIV, coll. 290-302, indirizzato «ad Sigfridum archiepiscopum Maguntinum».

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5477-5479, p. 482, con destinatari diversi; PRESSUTTI, I, 381, pp. 67-69.

Cfr. docc. 4, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Kalaritano¹ et suffraganeis eius. Salutem et apostolicam benedictionem^b.

Approbante generali concilio extitit ordinatum ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prelati, vicesimam ecclesiarum proventuum usque ad triennium integre conferant in subsidium Terre Sancte, per manus eorum qui ad hoc fuerint apostolica providentia deputati²; quibusdam dumtaxat religionis exceptis ab hac prestatione merito eximendis^c et illis qui assumpto vel assumendo crucis signaculo illuc sunt personaliter profecturi. Sane, super modo dispensandi huiusmodi vicesimam, audivimus consilia diversorum quibus inter se plurimum variantibus illud de consilio fratrum nostrorum providimus eligendum secundum quod vidimus ipsam vicesimam distribuendam utilius et, tam ab hiis qui conferent, quam ab illis quibus fuerit distributa, materiam suspicionis et murmuris melius

10. ^a Dovrebbe essere la lettera 311, ma vi è un salto di numerazione ^b In R
Episcopis per Campaniam constitutis ^c In R eximendis

10. ¹ Cfr. Appendice I.

² COD, Lateranense IV, const. [71] *Expeditio pro recuperanda Terra sancta*.

amputandam, ut videlicet vicesima cuiusque diocesis redacta fideliter in pecuniam sub certo numero comprehendendo in autenticorum virorum et presertim illorum qui eam collegerint testimonialibus litteris^d et^e nobis etiam explicando ultra mare portetur per quatuor vel quinque seu plures viros prudentes clericos et laicos crucesignatos illius civitatis et diocesis, qui note fidei^f discretionis et opinionis existant; quorum unus sit episcopus loci, siquidem crucesignatus extiterit, reliquis ab episcopo diocesano et ipsius vicesime collectoribus eligendis et per manus ipsorum, de conscientia tamen cardinalis qui fuerit ibi legatus, distribuatur fideliter et discrete crucesignatis egentibus et utilibus negotio Terre sancte ac presertim de illa diocesi ubi vicesima illa collecta fuerit oriundis; iidemque distributores ipsi legato et Magistris Hospitalis et Templi reddant diligentissime rationem per quam redactam inscriptis appareat evidenter pecuniam quam, ut premissum est, sub testimonialibus litteris secum attulerint, esse crucesignatis fideliter et utiliter distributam, et tam testimoniales littere super quantitate pecunie comisse distributoribus ipsis, quam scriptura ratiocinii quod cardinali et Ma//gistris reddiderint antedictis diligentissime conserventur, ut et eorumdem distributorum fides et diligentia illarum testimonio pateant et suspitosorum conquiescant mentes et labia conticescant.

Quocirca, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus hec sollempniter per vestras dioceses publicantes, difficultatem seu moram aliquam nullatenus innectatis vel permittatis innecti, quin tam collectio vicesime per eos qui ad hoc a bone memorie Innocentio papa predecessore nostro³ fuerunt vel a nobis fuerint deputati sine fraude ac expensarum discrimine, pro ut ad eos pertinet quam alia pro ut superius sunt descripta, efficaciter valeant executioni mandari. Sane, pecuniam

^d *In R segue testimonialibus espunto*
R su rasura

^e *In R su rasura*

^f *In B fidi*

^g *In*

³ Innocenzo III (1198-1216); cfr. nota precedente.

collectam et colligendam in truncis per distributores predictos distribui volumus et mandamus inter cruce signatos strenuos et prudentes de populo illo ubi fuerit pecunia ipsa collecta quibus ad peragendum votum suum proprie non suppetunt facultates, que recepta sub testimonio virorum fidelium cruce signatis ipsis distribuatur tempore arripiendi itineris vel in portu prout^g videbitur expedire ipsis distributoribus; rationem de illa sicut de alia in scriptis fideliter reddituris.

Datum Laterani, .II. Kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo^h.

11*

<ante 1217, marzo 9>

<Il podestà e il popolo di Pisa giurano ad Onorio III di rispettare le sue decisioni in merito all'invasione da loro compiuta in Sardegna e alla costruzione del *castrum Kalaritanum*>.

L'esistenza del giuramento si ricava dal n° 12, dove Onorio, incaricando Ugolino da Ostia della missione presso la città, afferma che «potestas et populus Pisanus [...] nostris iurarint stare mandatis».

12

1217, marzo 9, Laterano

<Onorio III> scrive a <Ugolino> vescovo di Ostia, legato della Sede apostolica, affinché: ordini al podestà, <Ubaldo Visconti>, e al popolo di Pisa di ritirare l'esercito pisano dalla Sardegna e di demolire il *castrum Kalaritanum* – costruito contro la volontà del suo predecessore Innocenzo <III> –, per

10. ^h In R *In eundem modum episcopis per Tusciam constitutis; [...] // [...] Archiepiscopo Calaritano et suffraganeis eius; Archiepiscopo Turritano et suffraganeis eius; Archiepiscopo Arborensi et suffraganeis eius*

obbedire al giuramento di sottostare alle sue decisioni in merito all'isola; in subordine, ordini loro di assegnarne la custodia a un uomo di fiducia della Sede apostolica; infine verifichi la canonicità dell'elezione del nuovo arcivescovo di Pisa e l'idoneità della persona, decidendo se confermare o annullare l'elezione e, nel caso, obbligando il capitolo a scegliere qualcun'altro con il suo consiglio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 80r. Lo *scriptor* ha dimenticato di rifinire il documento, che non è numerato, mentre l'indirizzo e la prima lettera del testo si trovano solo a margine.

E d i z i o n i : *Annales*, 20, p. 386 (*ad annum* 1217, n° 87); CDS, I, sec. XIII, doc. XXXVI, p. 331; HOROY, II, doc. CCLIV, col. 517 e doc. XCII, col. 571, con data 1217, dicembre 31.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5487, p. 483, datata <6> marzo, riportata senza data a p. 498; PRESSUTTI, I, 407, pp. 72-73; SCANO, I, LI, p. 36.

Cfr. docc. 11* 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

<Hostiensi episcopo, apostolice Sedis ligato>^{1a}

Cum^b potestas² et populus Pisanis super facto Sardinie nostris iurarint stare mandatis, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus quatinus eis vice nostra, sub debito prestiti iuramenti, precipias ut potestatem ipsam et eorum exercitum de Sardinia protinus revocent et ad propria redire compellant et de cetero ipsam Sardiniam, que ad apostolicam Sedem noscitur

12. ^a L'indirizzo è sul margine del foglio ^b In R um

12. ¹ Ugolino di Segni, creato cardinale da Innocenzo III nel 1206, futuro papa Gregorio IX: EUBEL, I, p. 3.

² Ubaldo di Eldizio Visconti, CECCARELLI, *I Podestà*.

pertinere, per se vel per alios non infestent, restituentes apostolice Sedi terras quascumque in ea dicti potestas et exercitus occuparunt et castrum, quod contra mandatum bone memorie .I.<nnocentii>. pape³, predecessoris nostri, sententia excommunicationis contempta, in Ecclesie Romane preiudicium erexerunt, facient penitus demoliri. Quod, si forte eos ad id inducere non potueris, ipsis precipias ut illud . .⁴ custodiendum apostolice Sedis nomine quantotius studeant assignare.

Preterea, volumus et mandamus ut electionem de . .⁵ in Pisana Ecclesia celebratam diligenter examines et inquiras que tam circa ipsam quam personam electi fuerint inquirenda et, si eandem inveneritis canonicamente de persona idonea celebratam, ipsam auctoritate nostra confirmes; alioquin, eadem non obstante, appellationis obiectu cassata, iniungas capitulo Pisano, ut de consilio tuo personam idoneam que tanto congruat oneri et honori canonicamente sibi eligant in pastorem quam sicut canonicamente sit celebrata confirmes.

Datum Laterani, .VII. Idus Martii, pontificatus nostri anno primo.

13

<1217, prima metà>

Benedetta di Massa, giudicessa di Cagliari, scrive al pontefice descrivendogli gli avvenimenti che hanno caratterizzato la sua vita e quella del giudicato da quando è divenuta sovrana dopo la morte del padre (G<uglielmo di Massa>): come sia stata confermata sul trono dall'arcivescovo di Cagliari <Ricco>

12. ³ Innocenzo III (1198-1216), allo stato attuale della ricerca il documento cui fa allusione Onorio III (successivo al maggio 1214: cfr. qui doc. 13) deve ritenersi perduto.

⁴ Personaggio sconosciuto.

⁵ Ildebrandino, cfr. UGHELLI, coll. 414-415, datato 1216 dicembre 16, e *supra* missione da Pisa alla Sede apostolica, nonché DELL'AMICO, *Tra politica e pastorale*, pp. 1-2.

alla presenza dei nobili e del popolo del giudicato; come, dopo aver ottenuto la dispensa matrimoniale dal defunto pontefice <Innocenzo III>, abbia deciso di sposare B<arisione>, figlio del defunto giudice d'Arborea P<ietro I>; come – nel contesto della dispensa – ella e suo marito abbiano giurato fedeltà in perpetuo alla Sede apostolica, sempre nelle mani dell'arcivescovo di Cagliari, per conto di <Innocenzo III>; come, poco tempo dopo, un console abbia costretto lei e il marito a giurare fedeltà al Comune di Pisa e a cedere una collina dove ha fatto edificare il *castrum Kalaritanum*; come successivamente il podestà, <Ubaldo Visconti>, contravvenendo alla promessa di protezione del giudicato fatta dal console, abbia invaso il regno con un esercito, procurando numerosi danni, infliggendo soprusi ai laici e agli ecclesiastici e comportandosi da signore naturale e giudice.

La giudicessa, chiesto perdono a O<norio III> per non aver rispettato il giuramento di fedeltà prestato alla Sede apostolica, chiede il suo aiuto e il suo permesso per stipulare alleanze con gli altri giudici o con i Genovesi, per cacciare i Pisani. Chiede infine l'invio di un legato che faccia giustizia dei soprusi pisani.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 115r-116r, ep. 479. Sul lato interno di 115r, all'altezza della terza riga: CCC-CLXXIX. Il documento è privo di data, ma i documenti che lo precedono e lo seguono nel registro sono tutti databili alla seconda metà di giugno del 1217, si ritiene pertanto che la sua redazione sia della prima metà dello stesso anno; in ogni caso il termine *post quem* è dato dall'inizio della podesteria di Ubaldo Visconti il 29 marzo 1215 e l'*ante quem* è dato dalla sua fine il 2 gennaio 1218.

E d i z i o n i : *Annales*, 20, pp. 386-388 (ad annum 1217, nn. 90-96); CDS, I, sec. XIII, doc. XXXV, pp. 329-331, <1217>; PINNA, *Santa Igia*, pp. 461-465, ma l'edizione del documento è a cura di Corrado Zedda; ripresa in ZEDDA-PINNA, *Fra Santa Igia*, pp. 167-178.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, Appendice, n° 6, p. LI, senza data; SCANO, I, L, pp. 33-35, <1217>.

Cfr. docc. 11* 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*-134. Introduzione, parte II, cap. 2 b, c, d.

Piissimo patri et domino suo .H<onorio>. Dei gratia summo pontifici, .B<enedicta>. eadem et sua gratia Masse marchisia^a et iudicissa Calaritana et Arborensis, subiectionem perpetue servitutis.

Cum post decessum preclare memorie illustris viri domini et patris mei .W<ilelmi>., marchionis Masse et iudicis Calaritari¹, omnis clerus et universus populus terre Calaritane convenissent in unum, ut me in iudicatum Calaritanum, qui iure hereditario me contingebat, more solito confirmarent, susceptoque baculo regali, quod est signum confirmationis in regnum, de manibus venerabilis patris et domini mei archiepiscopi Calaritani, cum assensu et presentia suffraganeorum suorum² et omnium nobilium terre Calaritane, iuravi protinus eisdem coram ipsis ante cetera et preter alia, quod regnum Calaritanum non alienarem neque minuerem et castellum alicui aliquo titulo non donarem, neque pactum aliquod aut societatem aliquam cum gente qualibet extranea inirem^b aliquatenus aut facerem sine consensu et voluntate omnium eorumdem.

Post non multum vero temporis post istud, habito consilio cum melioribus terre mee, suscepi in virum nobilem virum .P<arasonem>. nomine^{3c}, filium quondam iudicis // .P<etri>. Arboree⁴, ob multiplicem guerram inter prefatos progenitores nostros diu habitam a nobis sedendam. In cuius matrimonii dispensatione super quarto et quinto gradu consanguinitatis^d

13. ^a ...sia su rasura ^b In R iniere ^c Il nome Barisone compare in altri documenti declinato come fosse della seconda declinazione; si sceglie qui l'accusativo della terza perché nel giuramento di fedeltà prestato alla Sede apostolica del 1214 viene citato come Parason: *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 143, pp. 149-151, p. 151, con data errata ^d In R consanguinitas

13. ¹ Cfr. Appendice II.

² Cfr. Appendice I.

³ Barisone II d'Arborea: cfr. Appendice II.

⁴ Pietro I d'Arborea (1172-morto entro il 1200: cfr. *Innocenzo III e la Sardegna*, Appendice 2).

quo nos attingebamur^e, a felicis memorie antecessore vestro nobis concessa, in manibus memorati archiepiscopi Calaritani, predicto antecessori vestro suisque successoribus in perpetuum pro Ecclesia Romana, iuxta formam ab apostolica Sede michi expressam, iuramentum exhibui una cum viro meo fidelitatis debite. Cuius formam et seriem bulla regni mei bullatam, et per meum vobis nuntium destinata credo vos habere in armario Ecclesie Romane⁵.

Cumque post hec, heu pre dolor, altissima fruerer pace in tota terra mea, ecce Pisanorum consul⁶ cum multis sibi sequacibus nobiles multis minis et terroribus multisque adulationum persuasionibus in tantum et taliter institit mihi, quod sine maximo rubore ac intimo cordis dolore proferre nequeo, ut sine consilio et voluntate bonorum terre mee virorum iuravi sibi et comuni Pisano in perpetuum una cum viro meo de novo fidelitatem atque investitura^f terre mee cum viro meo^g; ab eodem consule per vexillum Pisanum suscepta tamquam fatua et insipiens, prioris iuramenti oblita, donavi pariter cum viro meo, ad instantiam consulis memorati, collem quendam cum suis pertinentiis memoratis Pisanis, in quo postea ipsi hedificaverunt sibi munitissimum castrum in dampnum et occupationem non solum terre ipsius, sed totius Sardinie. Nunc autem cum sperarem ab eis, secundum sua michi prestita iuramenta, protectionem a quolibet mihi vim inferente atque defensionem, nec ipsi terram vel honorem aut aliquod ius meum debebant michi seu

^e *In R attingebamus* ^f *In R investura* ^g *Così*

⁵ Cfr. *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 143, pp. 149-151.

⁶ Non si sa a quale tra i consoli pisani che ressero la città tra il 30 maggio 1214 e il marzo del 1215 (*ante* 29, perché da questa data è attestato Ubaldo di Eldizio Visconti come podestà) si riferisca Benedetta: Bolso del fu Pietro Albizzone (Casapieri), Gherardo 'Verchione' del fu Ebriaco (Ebriaci/da Parlascio), Ugo di Sigerio di Pancaldo Visconti, Ranieri del fu Benedetto di Vernaccio Sismondi: CECCARELLI, *I Podestà*.

viro meo auferre quacumque de causa vel minuere, en contra, Pisanorum potestas⁷ que cum maximo exercitu intravit in Sardiniam, preter multa dampna que mihi et hominibus terre mee tam clericis quam laicis crudeliter intulit et cotidie infert, ius et honorem viri mei et meum omnibus modis aufert et conatur in posterum viribus auferre: nam et introitus portus per omnia sibi vendicavit et vendicat et homines terre mee nobiles etiam capiendo atque incarcerando, me ac viro meo invitis, iudicium sibi regis et dominium^h violenter usurpavit tamquam sit dominus terre naturalis et iudex.

Quocirca, cum non sit mihi vel viro meo refugium aliud preter Deum quam vestrum, nec ab alio aliquo speramus iuari ac manuteneri quam abⁱ apostolica pietate, licet advolaverim tamquam inscia suis pennis ac deviaverim quo non debebam velud amens effecta deceptave peregerim, quod me in posterum penitus tamquam mobilis et mollis puella, tandem tamen ut filia prodiga in me reversa, lacrimabili voce ac genu flexo, modis quibus valeo vestram exoro dominationem et paternitatem, quatinus et si non filiationis respectu, quo meis me privavi omnino meritis pietatis, tamen divine interventu ac officii debito pastoralis, quo et ovem erroneam ad ovile humeris apportare⁸ et oppressis iniuste tenemini subvenire, mihi et viro meo servis et fidelibus vestris necnon et toti Sardinie prout melius expedire vestre sanctitatis discretio viderit quamtotius, ut optamus, non dedignemini occurrendo subvenire, et quemadmodum sperabamus secure in brachio potenti antecessoris vestri tantum et eo amplius secundum vobis gratiam de supernis collatam in vestre fortitudinis invincibili robore confidentius deinceps valeamus persistere. Supplicamus preterea vir meus servus vester et ego

^h *In R* dominum

ⁱ *Corretto su ad*

⁷ Ubaldo di Eldizio Visconti, podestà dal 29 marzo 1215 al 2 gennaio 1218: CEC-CARELLI, *I Podestà*.

⁸ «ovem...apportare»: Luca 15,4-7.

et precum iterata instantia modis quibus valemus pariter imploramus, ut vestre indulgentie auctoritate habita liceat nobis, si expedierit, vel cum iudice Turritano⁹ aut cum Ianuensibus seu cum alia gente extranea pactionis inire ac societatis fedus ut, vinculo absoluto iniusti sacramenti Pisanis ipsis prestiti, possimus ab eorum manibus liberari et colla excutere onerata ab iniquo iugo¹⁰ et importabili eorundem; neve teneamur iuramento iniuste eis prestito si quoque modo potuerimus nos ab eis non defendi. Cum et primum nostrum iuramentum irritum, heu pro pudor, et inane fecerimus propter quod reparandum // non deberet, ut credimus, posterius valere et quia suum nobis iusiurandum fregerunt, propter quod eis fides non esset usquequaque a nobis observanda. Preterea, sanctissime pater ac metuende domine, timor et tremor maximus nuper venerunt super me ac cunctos terre mee, pro eo quod ipsi sepefati Pisani, non solum se de novo insultant et valde iactant, verum etiam constantissime asseverant castrum illud memoratum vestra gratia voluntaria et gratuita voluntate in suo robore ut fundatum est et perpetua duraturum firmitate; quod si verum est, quod absit, non solum ius et dominium meum cunctorumque Sardinie iudicum ex toto violenter occupabunt, verum etiam ipsa sacrosancta Ecclesia Romana non dico nullas sed valde modicas in tota Sardinia sui iuris vires habebit vel dominari poterit in ea ut olim consuevit. Nam si bone memorie magistro Blasio, Turritano archiepiscopo¹¹, in apostolice Sedis obsequio quondam ad Calarim venienti, pro eo quod credebatur ab ipsis apostolice Sedis legatus, multas iniurias ac mortis minas nequiter intulerint, cum non essent in fortitudine aliqua constituti, multo fortius ac vehementius credendum est nullum in posterum Romane sedis nuntium aut etiam legatum alium qui non sit Pisanus posse suas vices inter eos explere, precipue cum sint

⁹ Cfr. Appendice II.

¹⁰ «colla...iugo»: richiama Geremia 27,8-12.

¹¹ Cfr. Appendice I.

modo in arce roboris radicati et in specula superbie apud semetipsos firmissime fundati.

Eapropter, domine venerande ac sanctissime pater, caritate illa que Christus est qua et tenemini potenter subvenire oppressis violenter, mittite nuntium vestrum, virum utique honestum pariter et discretum, avaritie execratorem et caritatis iustitieque amatorem, qui perscrutetur subtiliter et inquirat quique etiam diligenter investiget et veritatem sciat, quis profectus aut defectus, quod commodum aut incommodum, quod gravamen aut levamen^j, que iustitia vel iniustitia^k de oppido illo acciderit hactenus vel denuo speretur posse accidere toti terre Sardinie, ut ex tunc ad plenum cognita veritate secundum sapientiam vobis celitus datam valeatis terram istam ut velitis ordinare. Ego enim et homines terre mee, clerici et laici, non solum nuntium manifestum qui sanctitati vestre ostenderet nostra gravamina non audemus vobis transmittere, verum etiam litteras ipsas solas nisi furtim et occulte nequimus destinare. Hoc tamen totum taliter vestre sanctitatis dominationi supplicans committo, taliterque vestra discretio id moderetur quod ad aures ipsorum Pisanorum venire non possit, me vobis talia contra eos scripsisse. Alioquin eorum manus effugere non possem cum sim circumvallata eorum hostili manu et sub potestate degam crudeli eorumdem.

^j *Corretto su leciamen*

^k *In R inustitia*

14

1217, novembre 24, Laterano

<Onorio> III scrive all'arcivescovo d'Arborea, ai suoi suffraganei e a tutti gli ecclesiastici della provincia arborense, affinché preghino per la buona riuscita della spedizione in Terrasanta che il re d'Ungheria A<ndrea II> sta conducendo con i duchi <Leopoldo VI> d'Austria e <Ottone III> di Moravia.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 177r-178r, ep. 739. Sul lato esterno di 177r, all'altezza della prima riga, è ritrascritto l'indirizzo; sul lato interno, all'altezza della terza riga: DCCXXXIX.

E d i z i o n i : *Annales*, 20, pp. 371-372 (*ad annum* 1217, nn. 27-28); *Bullarium Romanum*, III, doc. XVI, pp. 331-333; CDS, I, sec. XIII, doc. XXXVII, pp. 331-332, parziale; HOROY, II, doc. LXIV, coll. 540-543, indirizzata «ad Albericum Remensem archiepiscopum».

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5622, p. 494, indirizzata all'arcivescovo di Reims; PRESSUTTI, I, 885, pp. 149-150; SCANO, I, LII, p. 36.

Cfr. docc. 4, 10, 26, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*Archiepiscopo Alborensi et universis episcopis ac omnibus ecclesiarum prelatiis tam exemptis quam aliis per Alborensem provinciam constitutis*¹.

Adversus hostes visibiles invisibilibus armis, idest orationibus, dimicare, veteribus exemplis instruimur, que nostris quoque temporibus innovata quando exercituum Dominis infidelium multitudinem bello Yspanico² tradidit in manus paucorum fidelium, gloriamur. Ecce autem tempus quo universi fideles ad hec debent arma concurrere, ecce tempus quo cinere debent aspergere caput suum, ecce tempus quo debent in celum

14. ¹ Cfr. Appendice I.

² Riferimento alla battaglia de Las Navas de Tolosa (Jaén) del 16 luglio 1212 che vide la vittoria dell'esercito guidato da Alfonso VIII di Castiglia contro gli Almohadi.

lacrimarum et orationum vocibus exclamare, ut ille qui non in multitudine dimicat, innovatis signis et mirabilibus immutatis secundum omnipotentiam suam multitudinem in paucitate devincat.

Karissimi etenim filii nostri .A<ndrea>. Ungarie rex illustris et .<Leopoldus>. Austrie ac Maravie duces³, viri utique dignitatis honore conspicui, sed non minus fidei devotione preclari^a, cum nonnullis baronibus, comitibus et alio comitatu suo Dei munere ventis usi felicibus litora Ierosolimitane provincie feliciter attigerint, qui attendentes quod non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis aut paucis, quia non in exercitus multitudine sed de celo victoria ministratur, terram Babilonie in multitudine quidem parva sed strenua de superno confisi auxilio sunt ingressi. Quis fidelis, hoc audito, lacrimis et orationibus indulgere non debeat ac ad Dominum oris et cordis vocibus exclamare cum pars corporis nostri, quod est Ecclesia, corporis cuius caput est Christus, corporis cuius sumus singuli membra forsitan hac ipsa hora gloriosa pro fide Christi certamina ineat, suisque diffidens viribus ac de sola divine virtutis miseratione confidens ad eam facilius impetrandam nostrarum suffragia orationum exposcat. Sane, nos cum ad nostram pervenit notitiam, illos terram predictam intrasse, animam nostram effudimus coram Deo, illum pro eis in lacrimarum affluentia deprecantes et quia de meritorum nostrorum qualitate diffidimus, tam clerum quam populum Urbis convocavimus in basilica Salvatoris atque inde ad venerandam gloriose Matris eius Ecclesiam prelatibus capitibus beatorum apostolorum Petri et Pauli pedibus nudis processionaliter ivimus, ut prefatis Iesu Christi athletic eius genitricis obtentu supernum impetremus auxilium, ad quod nostra non sufficere merita sciebamus. Ve-

14. ^a fidei devotione preclari *su rasura*

³ Andrea II il Gerosolimitano d'Ungheria (1205-1235); Leopoldo VI il Glorioso d'Austria (1198-1230); Ottone III duca di Moravia e conte di Borgogna (1204-1234).

rum, quia per eos totius populi Christiani negotium geritur, quare dignum est ut ad exorandum pro eis christianus quilibet in oratione humiliter prosternatur, sollempnes propter hoc processiones in singulis civitatibus et aliis locis in quibus est frequentia populorum prima sexta feria cuiuslibet mensis providimus faciendas, sperantes quod ille qui dictatam in Ninivitis sententiam eorum humiliatione inspecta misericorditer revocavit⁴. Quique immo^b Moyse orante pro populo, refert, convertit Amalechitas in fugam⁵ et solem Iosue precibus stare fecit⁶. Qui denique suos ad sedem^c quacumque tribulatione clamantes se auditorum ineffabili pietate promisit devote pulsatus tot fidelium suorum clamoribus nequaquam continebit sue viscera pietatis; sed propter semetipsum^d inclinabit ad preces servorum suorum propitius aures suas et effundens iram suam in gentes que non noverunt eum et in regna que non invocant nomen eius ad laudem et gloriam suam^e // confringet cornua peccatorum⁷. Ideoque, caritati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus hec cum devotione debita fieri faciatis ita ut quilibet vestrum nisi iusto impedimento excusetur intersit, suis indutus insignibus et pedibus nudis quatinus exemplo vestro ad idem provocetur devotio subditorum. Religiosis autem in locis solitariis commorantes hec in claustris suis eo devotius exequantur, quomagis a mundanis tumultibus sunt immunes. Subditos, vero, vestros tam mares quam mulieres sollicitè moneatis, ut ad hec facienda non in veste pretiosa seu in alio inani cultu conveniant, sed in eo per quem seipsos ad devotionem mutuo provocant ac humiliationem internam exterioris habitus humilitate demonstrent, memores quod Ninivite, de quibus

^b *In R imo* ^c *In R sede* ^d *Su rasura e parzialmente al di là del bordo del foglio sul lato destro* ^e *Segue con evidentemente inizio di confringet*

⁴ «ille...revocavit»: riferimento a Giona 3,18.

⁵ «Moyse...fugam»: riferimento a Esodo 17,13.

⁶ «solem...fecit»: riferimento a Giosuè 10,12.

⁷ «confringet cornua peccatorum»: Salmi 74,11.

iam sermo processit, in humiliatione sua se saccis a minore usque ad maximum induerent, adeo ut, ipse rex, abiecta regali purpura, se sacco indueret et aspersione cinere propter quod apud eum qui humilia respicit meruerunt misericordia invenire⁸. Ad hec cruce signatos omnes ad celerem succursum illorum sedulis exortationibus animetis et faciatis per alios ad hoc idoneos animari, ita quod in instanti passagio, Deo duce, transeant universi hiis vestrum qui muniti sunt crucis signaculo cum illis pariter profecturis in nomine Domini Iesu Christi.

Ut autem de statu terre vos certiores reddamus et ad providendum que sunt necessaria cautiores tenorem litterarum quas nuper a Magistro domus Militie Templi recepimus, presentibus de verbo ad verbum duximus inferendum, qui talis est: «Reverentissimo in Christo domino et patri Honorio, Dei providentia Sancte Romane Ecclesie summo pontifici suorum subditorum, devotissimus frater .W<ilelmus>. de Carnoto⁹ pauperis^f Militie Templi magister humiliter debitam cum osculo pedum reverentiam et obedientiam. Paternitati vestre statum Terre Sancte, quam Dominus proprio sanguine suo consecravit, presentibus duximus intimandum; hoc igitur vobis constet quod ad discessum presentium innumera peregrinorum multitudo tam militum quam servientum, vivifice crucis insignita caractere, ab Alemannici imperii et aliorum regnorum variis partibus confluens apud Accon adventurat. Saphedinus¹⁰, vero, magnus Soldanus in terra Babilonis commorans ibidemque existens immobilis de se minime confidebat. Reverebatur etenim regis Ungarie et ducum Austrie et Maravie¹¹ adventus qui cum copiosa

^f *In R* paupis

⁸ «memores...invenire», riferimento a Giona 3,6-8.

⁹ Guglielmo di Chartes, maestro dei Templari giunse in Terrasanta nel 1218, non ritornò: POWELL, *Anatomy*, p. 224.

¹⁰ Al-'Âdil sultano d'Egitto, fratello del Saladino, già malato, sarebbe morto il 31 agosto del 1218 apprendendo della caduta di Damietta: POWELL, *Anatomy*, p. 145; RUNCIMAN, *Storia delle Crociate*, II, p. 818.

¹¹ Cfr. nota 3 di questo doc.

multitudine militum ac servientum cleri et populi apud Accon applicuerant. Timebat etiam dictus Sephedinus navigium Frisonum quod apud Accon in proximo applicaturum ferebatur¹². Coradinus¹³, vero, filius eius in Marchiis nobis adiacentibus iter suum direxerat et accessus et hoc vobis intimamus quod annis pluribus retro actis non recolimus paganismum in statu fuisse debiliore, quam nunc extat, quem Pater Omnipotens de die in diem permittat peiorari, sed in partibus nostris frumenti et ordeï et omnium humane sustentationis necessariorum caritudo est maxima. Seges autem fallens agricolam in hoc anno in minima quantitate fuit recollecta, expectabant etiam indigene quod seges de partibus afferretur transmarinis, sed minimum in hoc anno fuit apportatum. Est et aliud incomodum: videlicet super equitaturis adeo grave quod equi nullomodo possunt venales inveniri; quocirca, universis crucesignatis ac signandis bona fide consulatis, quatinus de predictis se studeant premunire, de quibus in partibus nostris nullum invenient consilium vel iniuram. Ceterum sciatis quod ante adventum regis Ungarie et ducis Austrie provisum fuit a domino patriarcha et rege¹⁴ et peregrinis et fratribus Hospitalis et nobis quod versus Neapolim Syrie¹⁵ iter arriperemus cum Coradino, si nos expectaret, // pugnaturi. Post adventum vero predictorum magnatum in hoc omnes unanimiter assensum exhibuimus, quatinus in manu forti per mare et terram in Babiloniam proficisceremur ad obsi-

¹² Una prima metà della flotta sarebbe arrivata ad Acri il successivo 26 aprile 1218, quindici giorni dopo sarebbe giunta la restante metà che aveva svernato a Lisbona: RUNCIMAN, *Storia delle Crociate*, II, p. 814.

¹³ Al-Mu'azzam, che alla morte del padre l'anno successivo e la divisione di quello che era stato l'impero di Saladino, avrebbe ottenuto la Siria, mentre ai suoi fratelli Al-Kāmil e Al-Ashraf sarebbero andati rispettivamente Egitto e Iraq: POWELL, *Anatomy*, p. 145.

¹⁴ Giovanni di Brienne, re di Gerusalemme, e imperatore latino di Costantinopoli (1148-1237) cfr.: VETERE, *Giovanni di Brienne*, pp. 735-737.

¹⁵ Con tutta probabilità l'attuale Nablus nell'attuale Cisgiordania, in realtà i crociati avrebbero poi invece puntato su Beisan (Bet She'an): POWELL, *Anatomy*, p. 131.

dendum Damiatam¹⁶, ut sic cautius et provisius versus sanctam Terram Ierosolimitanam iter prepararemus. Omnes igitur crucesignati seu crucesignandi sollicitè moneantur, ut quam maiorem poterunt secum ducant copiam victualium et equorum».

Datum Laterani, .VIII. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

15

1217, dicembre 2, Laterano

<Onorio III> – in presenza degli ambasciatori pisani Gilberto <Visconti>, Albizzo <de Caldera> e Leone <Gaetani> e genovesi Oberto Spinola, Fulcone Castelli, Daniele Doria e Ugo Cancelliere – scrive ai podestà e popoli di Genova e Pisa. Dopo aver ricordato la missione presso le loro città del cardinale Ugo-lino, vescovo di Ostia, per giungere ad una pace che consentisse l'invio di loro truppe in Terrasanta, sentita la relazione del cardinale, stabilisce i termini della stessa: i Genovesi consegnino in custodia alla Sede apostolica il *castrum* di Bonifacio entro un mese; gli ambasciatori genovesi e pisani si giurino pace in nome delle loro città; i Pisani stipulino una pace con il giudice di Torres <Comita> e suo figlio <Mariano>; Pisani e Genovesi eleggano rispettivamente due loro concittadini che determinino tempi e modi precisi per il risarcimento per i danni subiti; i Genovesi potranno continuare ad esercitare lo *ius pignoris* nel giudicato d'Arborea sino al risarcimento del dovuto.

O r i g i n a l e [A]: ASGe, *Archivio segreto*, Materie politiche, 2722, doc. 27. C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 180rv, ep. 752, datato dicembre 1. Sul margine di 180r, all'altezza della prima riga, è ritrascritto l'indirizzo: «Potestatibus et populis Pisanis

¹⁶ L'assedio di Damietta sarebbe iniziato il 24 agosto del successivo 1218, la città sarebbe caduta nelle mani dei crociati il 5 novembre 1219: RUNCIMAN, *Storia delle Crociate*, II, pp. 824-825.

et Ianuensibus»; sul lato interno, all'altezza della quinta riga: *DCCLII*. Questa edizione è basata su A, con segnalazione delle varianti in R.

E d i z i o n i : *Bullarium Romanum*, III, doc. XVII, pp. 333-335; HOROY, II, LXIX, coll. 546-548.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5626, p. 495; PRESSUTTI, I, 896, pp. 151-152; SCANO, I, LIII, p. 37.

Cfr. Introduzione, parte II, cap. 2 a.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis potestatibus et populis Ianuensibus et Pisanis¹. Salutem et apostolicam benedictionem^a.

Miserator et misericors Dominus qui non obliviscitur misereri exurgat nunc imperaturus ventis et flatibus^b, ut fiat ex commotione tranquillitas, procella turbationis mitescat in auram et sileant fluctus² eius quoniam diei malitia et pericula temporis invalescunt, ita ut quos predixit apostolus dies novissimos sentiamus instare³, ac tempus advenit in quo qui amici sunt sponsi sponse ulciscuntur iniurias, ut iugum tollatur captivitatis nostre ac captive filie Syon vincula dirumpantur⁴.

Unde cum vos ad invicem dudum commoverit fremitus tempestatis utamini iam beneficio pacis, quia homini pacifico sunt reliquie⁵ et pacifici Dei filii vocabuntur⁶ et cum inter alios Christi athletas necessarii sitis succursui Terre Sancte potenter accingamini contra crucis blasphemos, cum iam sit revelatio^c improperiorum nostrorum in ianuis ut speramus. Sane, nos qui eius in terris vicem gerimus qui pacem suis discipulis nuntiavit⁷ et eam mundo reliquit^d ad reformandam inter vos pacem

15. ^a *In R* Potestatibus et populis Pisanis et Ianuensibus ^b *In R* flaitibus ^c *In A* relevatio ^d *In R* reliquod

15. ¹ A Pisa era podestà Ubaldo di Eldizio Visconti (1215-1218): CECCARELLI, *I Podestà*; a Genova Oberto Boccafolli da Pavia: *Annali genovesi*, II, pp. 142-145.

² «Miserator...fluctus»: Matteo 8,26.

³ «dies novissimos sentiamus instare» richiama: 2Timoteo 3,1 e Ebrei 1,2.

⁴ «iugum...dirumpantur», richiama Isaia 52,2.

⁵ «homini...reliquie»: Salmi 36,37.

laboravimus et institimus bona fide utpote qui animarum salutem et civitatum vestrarum honorem diligimus et optamus ad quod melius peragendum, olim, de latere nostro, venerabilem fratrem nostrum .Hug<olinum>. Ostiensem episcopum ad vos duximus destinandum qui a vobis quod super hoc mandatis nostris omnibus que faceremus per nos seu nuntios vel litteras pareratis, iuramenta recepta et utriusque partis voluntate plenius intellecta vobis iniunxit, ut nuntios et procuratores idoneos qui mandata nostra reciperent ad nostram presentiam mitteretis⁸, et ipse postmodum ad apostolicam Sedem rediens nobis et fratribus nostris exposuit plene ac fideliter universa. Nos igitur, per eius fidelem relationem instructi, nuntiis et procuratoribus vestris videlicet nobilibus viris Gisberto^e, Albiço et Leone⁹ pro vobis Pisanis et Huberto Spinule, Fulcone Castelli, Daniele Dorie et Hugone Cancellario¹⁰ pro vobis Ianuensibus, ad nos super hiis ex parte vestra transmissis in nostra presentia constitutis, vobis sub debito iuramenti, de communi fratrum nostrorum consilio, precipimus que secuntur: vos itaque Ianuenses postquam nuntii vestri ad propria remeabunt, infra mensem custodiam castri Bonifatii nobis et Romane Ecclesie assignetis, tenendi usque ad beneplacitum nostrum per eos quos ad hoc duxerimus deputandos, ita ut per hoc nullum Romane Ecclesie

^e *In R* Gilberto

⁶ «pacifici...vocabuntur»: Matteo 5,9.

⁷ «pacem...nuntiavit»: Giovanni 14, 27.

⁸ Ugolino da Ostia era giunto a Genova nel maggio precedente; il primo incontro tra ambasciatori genovesi e pisani era avvenuto sotto la sua direzione il 2 giugno a Porto Venere: *Annali genovesi*, II, pp. 142-145.

⁹ Su Albizzo(ne) de Caldera (Casapieri), già console di Pisa nel 1205, oltre a CECCARELLI, *I Podestà*, si veda CRISTIANI, *Nobiltà e popolo*, pp. 326 e 376-377.

¹⁰ Folco di Castello *filius Fulconis* fu console del Comune nel 1207 e 1215; Ober-to Spinola *filius Simonis* fu console del Comune nel 1207 e 1214 e ambasciatore a Venezia nel 1212; Daniele Doria fu console del Comune nel 1209: OLIVIERI, *Serie dei consoli*. Ugo *cancellarius* è attestato come cancelliere di Genova tra il 1211 e il 1228 e come tale partecipa alla ratifica di numerosi documenti, per es.: *Libri iurium*, I/1, docc. 273, 276 e I/2, docc. 357, 368.

preiudicium generetur; et vos Pisanorum nuntii statim nomine omnium Pisanorum predictis nuntiis Ianuensibus pro Ianuense civitate et omnibus civibus Ianuensibus et pro universis qui sunt de eorum districtu in terra et mari et vos Pisani pro vobis et vestris omnibus postquam nuntii vestri redierint Ianuensibus et suis omnibus, veram plenam et firmam pacem reddatis et in posterum conservetis; et hec^f precipimus salvis omnibus aliis mandatis nostris super hiis que ad pacem facere dinoscuntur, ut per nos universis demum discordiis infra tempus prefigendum a nobis, Domino cooperante, sopitis, pax inter vos perpetua valeat conservari. Et vos Pisani pacem eandem omnibus vestris curetis absque more dispendio nuntiare, vosque Ianuensium nuntii nomine omnium Ianuensium dictis Pisanorum nuntiis pro civitate Pisana Pisanis et omnibus suis et vos Ianuenses pro vobis et vestris omnibus sicut in Pisanis est dictum eadem per omnia faciatis. Ad hec precipimus vobis Pisanis ut nobili viro .<Comite>. iudici Turritano et eius filio¹¹, rebusque ipsorum in terra et mari veram firmam et plenam pacem reddatis atque servetis. Omnia vero que a tempore nobis prestiti iuramenti sunt hinc inde ablata vel deinceps auferri contigerit, restituere vos Pisani et Ianuenses dampnum passis et patientibus procuretis et ad id plenius exequendum post susceptionem presentium infra mensem vos Pisani duos cives Ianuenses et vos Ianuenses totidem Pisanos, pacis amatores discretos et providos eligatis^g, quos post eorum electionem infra triduum quod de manifestis infra quadraginta et de dubiis vero post querelam propositam infra sexaginta dies pronuntient et potestates rectores seu consules vestros qui pro tempore fuerint, ut id quod ab illis pronuntiatum fuerit faciant post pronuntiationem infra viginti dies executioni mandari, astringatis vinculo iuramenti. Hec autem vobis ad presens, salvis omnibus aliis mandatis nostris, duximus iniungenda.

^f *In R hoc*

^g *In R correzione su eligatos*

¹¹ Cfr. Appendice II.

Volumus etiam vobis Ianuensibus ius pignoris, quod in iudicatu Arboree vos habere proponitis salvum fore, ita ut nichil consequamini ultra sortem et ea percepta, vel si iam percepistis eandem ipsa contenti, dictum pignus absolutum absque difficultate aliqua dimittatis.

Nulli ergo omnino hominum liceat huius nostri precepti paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem^h hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolos se noverit incursum.

Datum Laterani, IIII Nonas Decembris, pontificatus nostri anno secundoⁱ.

16

1217, dicembre 2, Laterano

Nicolò Pane, notaio, relaziona l'incontro tra gli ambasciatori pisani – Gilberto Visconti, Albizzo de Caldera e Leone Gaetani – e genovesi – Fulcone Castelli, Oberto Spinola, Ugo Cancelliere e Daniele Doria – alla presenza di Onorio III, con il quale si stipula la pace tra Pisa e Genova. Il papa impone il rispetto dei seguenti obblighi: che gli ambasciatori dei due comuni si promettono pace; che i Genovesi assegnino alla Sede apostolica il *castrum* di Bonifacio e le restituiscano tutto ciò di cui si erano impossessati in Sardegna, fatto salvo lo *ius pignoris* che hanno in Arborea sino al raggiungimento del dovuto; che i Pisani assegnino alla Sede apostolica il *castrum Kalaritanum* e restituiscano tutti i beni occupati in Sardegna. I Pisani devono inoltre stipulare una pace con il giudice di Torres <Comita> e con suo figlio <Mariano>.

O r i g i n a l e [A]: ASGe, *Archivio segreto*, Materie politiche, 2722, doc. 26.

^h *In R et cetera usque incursum*

ⁱ *In R Kalendas Decembris anno secundo*

E d i z i o n i : CDS, I, sec. XIII, doc. XXXVIII, pp. 332-333.

R e g e s t i : POTTHAST, I, s.n., p. 495; PRESSUTTI, I, s.n., p. 152.

Cfr. Introduzione, parte II, cap. 2 a.

Cum summus pontifex Honorius papa tertius in communi consistorio^a Lateranensi assistentibus ei Uguolino Ostiensis, Pelagio Albanensi, Petro Sabinensi episcopis, Leone Sancte Crucis, Petro Sancte Pudentiane, Stephano Sanctorum apostolorum, Roberto Sancti Stephani in Celio Monte, Gregorio Sancte Anastasie, Thomasio Sancte Savine, presbiteris cardinalibus, necnon Guidone Sancti Nicolai, Gregorio Sancti Theodori, Romano Sancti Angeli, Stephano Sancti Adriani, Rainerio Sancte Marie in Cosmedim, Aldebrandino Sancti Eustachi, Egidii Sanctorum Cosme et Damiani diaconibus cardinalibus, insuper etiam multis aliis clericis et laicis, archiepiscopis et episcopis, presentibus etiam ambaxatoribus civitatis Ianue, videlicet Fulchone de Castello, Oberto Spinula, Uguone Cancellario iudice et Daniele Aurie¹; presentibus etiam ambaxatoribus Communis Pisarum, videlicet Giliberto Vicecomite, Leone de Caietanis et Albiço de Calderia. Ipsi presentibus et audientibus, dictus dominus papa dixit et pronuntiavit quod ipsi ambaxatores ad invicem unus alteri pro se et communi utrarumque civitatum facerent pacem et redderent, dicens et precipiens ipse dominus papa ambaxatoribus communis Ianue, ut custodiam castri Bonifacii assignarent vel facerent assignare nuntio domini pape vel cui commiserit et quicquid in Sardinea occupaverunt pro Sancta Romana Ecclesia, eo modo quod pignus quod commune Ianue dicitur habere in Arborea, si quod habet, sit salvum communi Ianue et ipsis Ianuensibus quiete ac pacifice relinquatur donec ipsi Ianuenses fortem ad plenam fuerint consecuti. Et ambaxatoribus communis Pisarum predictis iniunxit et precipit ut quicquid in Sardinea oc-

16. ^a *In A* consisterio

16. ¹ Cfr. doc. precedente nota 10.

cupaverant, et specialiter castrum Kalaritanum quod Pisani noviter construxerunt, ipsi domino pape pro Sancta Romana Ecclesia vel eius nuntio cui commiserit restituant et assignent et nichil in Sardinea de cetero occupent vel invadant. His autem ita precedentibus responderunt ambaxatores communis Ianue predicti quod pacem non facerent ullo modo, nisi et ipsi Pisani pacem facerent iudici Turritano; unde post multas altercationes et verba, dominus papa dixit: «Volo etiam quod et iudici Turritano et eius filio pacem faciatis et teneatis», et ita pacem fecerunt et pro iudice et filio suo et sic inter se unus alium fuerunt ad invicem osculati.

Actum in ecclesia Lateranensi, in palatio iuxta capellam domini pape que Sanctus Nicolaus appellatur. Testes Lanfredus, notarius domini pape, magister Bernardus Papiensis, magistro Opiçone notario domini pape, vicecancellarius domini pape Iohannes Piper, Ansaldus de Infantibus, et presbiter Iohannes Homo. Anno Dominice nativitatis Millesimo Ducentesimo Decimo septimo, indictione quinta, secunda die Decembris circa horam nonam.

Ego Nicolaus Panis notarius his omnibus interfui et precepto dictorum ambaxatorum Ianue scripsi.

17

1217, dicembre 6, Laterano

<Onorio III> ordina al podestà e al popolo di Genova di restituire alla Sede apostolica, o a un suo delegato, tutti i beni ottenuti grazie ad accordi o a società realizzate con il giudice di Torres <Comita> e qualunque pegno si proponcano di ottenere nel giudicato di Arborea; ordina a Pisani e Genovesi, secondo quanto già fatto tramite il legato pontificio <Ugolino> vescovo di Ostia, di impegnarsi a non occupare più indebitamente alcunché in Sardegna e di restituire alla Sede apostolica tutti i territori che sino ad allora avevano invaso e occupato sull'isola; fatto salvo per i Genovesi il diritto di pegno nel giudicato d'Arborea e per i Pisani i diritti che esercitavano consuetudi-

nariamente. I Pisani, infine, dovranno assegnare la custodia del *castrum Kalaritanum* alla Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 180r, ep 751. Sul lato esterno di 180r, all'altezza della prima riga, è ritrascritto l'indirizzo; sul lato interno, all'altezza della quarta riga, la cifra: *DCCLI*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 904, p. 153; SCANO, I, LIV, pp. 37-38.
Cfr. Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*Potestatibus et populis Ianuensibus et Pisanis*¹

Presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quantum restituatis vos Ianuenses nobis et Ecclesie Romane, vel cui mandaverimus, quecumque occasione nobilis viri iudicis Turritani² vel societatis cum ipso contracte, seu pignoris quod in iudicatu Arboree proponitis vos habere; ac vos Pisani, iuxta quod vobis mandavimus per venerabilem fratrem nostrum .<Hugolinum>. Ostiensem episcopum³, tunc apostolice Sedis legatum; et vos Ianuenses quicquid hactenus in Sardinia occupastis vel etiam invasistis. Vobis Ianuensibus iure pignoris quod in iudicatu predicto habere vos dicitis, et vobis Pisanis iustitiis et rationabilibus consuetudinibus vestris salvis; nec vos Ianuenses neque vos Pisani aliquod de cetero in Sardinia occupetis, vel etiam invadatis. Preterea vos Pisani nobis et Romane Ecclesie castri Kaleritani custodiam assignetis.

Datum Laterani, .VIII. Idus Decembris, anno secundo.

18*

<ante 1217, dicembre 7>

<Ubaldo Visconti, podestà di Pisa, scrive a Onorio III chiedendogli di sciogliere dalla scomunica quei Pisani che vi erano

17. ¹ Cfr. doc. 15 nota 1.

² Cfr. Appendice II.

³ Cfr. doc. 15 nota 8.

incorsi perché residenti nel *castrum Callari* o perché si erano recati in Sardegna con l'esercito pisano, essendo ora disposti a rispettare gli ordini del papa>.

L'esistenza di questo documento si ricava dai n° 20 e 22, dove il pontefice scrive che Ubaldo Visconti «humiliter supplicavit» la liberazione dalla scomunica dei suoi complici nell'invasione della Sardegna.

19*

<ante 1217, dicembre 21>

<Mariano vescovo di Sulci chiede l'intervento di Onorio III perché il suo metropolita, l'arcivescovo di Cagliari Ricco, lo costringe a recarsi presso la sede metropolitana il giovedì santo>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dalla lettura del n° 23.

20

1217, dicembre 7, Laterano

<Onorio III>, su richiesta del podestà di Pisa Ubaldo <Visconti>, incarica un archipresbitero della città di sciogliere dalla scomunica quei Pisani che vi erano incorsi perché residenti nel *castrum Callari* o perché si erano recati in Sardegna con l'esercito, purché rispettino gli ordini del pontefice e risiedano ora a Pisa.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 179v, ep. 739. Sul lato esterno di 179v, all'altezza della penultima riga del doc. precedente, è ritrascritto l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della seconda riga, la cifra: *DCCXLVIII*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 906, p. 153; SCANO, I, LV, p. 38.

Cfr. docc. 18*, 12, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

Archipresbitero Pisano

Dilectus filius Ubaldus¹ Pisanus potestas nobis humiliter supplicavit, ut illis qui^a pro eo quod castrum Callari a Pisanis constructum inhabitant et hiis qui pro eo quod in Sardiniam cum exercitu accesserunt vinculo sunt excommunicationis astricti munus faceremus absolutionis impendi, cum parati sunt mandatis nostris humiliter obedire. Quia igitur mater Ecclesia humiliter ad se redeuntibus non claudit sue gremium pietatis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, sufficienti ab eis cautione recepta, quod super hiis pro quibus excommunicati sunt nostris debeant precise parere preceptis, eis qui nunc tantum sunt in civitate Pisana beneficium absolutionis impendas.

Datum Laterani, .VII. Idus Decembris, anno secundo.

21

1217, dicembre 21, Laterano

<Onorio III> informa il vescovo di Sulci <Mariano> che non è tenuto a recarsi presso la sede metropolitana il giorno di giovedì santo, come invece pretende il suo arcivescovo <Ricco>, poiché non è provato che questi goda di uno speciale privilegio o esista un'antica consuetudine al proposito.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 184r, ep. 769. Sul lato esterno di 184r, all'altezza della prima riga del doc., è ritrascritto l'indirizzo con l'aggiunta della specifica «cum seta»; sul lato interno, all'altezza della quarta riga del doc., la cifra: *DCCLXIX*.

E d i z i o n i : *Annales*, 20, p. 389 (*ad annum* 1217, n° 101); *SCANO*, I, LVI, pp. 38-39.

20. ^a *In interlinea*

20. ¹ Ubaldo di Eldizio Visconti (1215-1218): *CECCARELLI*, I Podestà.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 936, p. 157.
Cfr. doc. 19*.

*Episcopo Sultiensi*¹

Non videtur metropolitano licere ut suffraganei sui iura minuat vel immutet, nisi super eo antiqua et approbata consuetudine vel speciali privilegio muniatur. Unde reputari potest indignum, ut in die cene Domini, quo debent in ecclesiis suis episcopi crisma conficere, lavare iuxta exemplum Domini pedes pauperum et reconciliare publice penitentes, ad metropolitanam ecclesiam, que per quadraginta miliaria et amplius a te distat, crisma ibidem cum metropolitano tuo² confecturus accedas, quamquam idem metropolitanus tam in tua quam in aliis metropolitico sibi iure subiectis ecclesiis non ex speciali privilegio vel antiqua et approbata consuetudine, sed ex usurpatione potius hoc obtinuisse hactenus videatur. Hoc itaque in tua olim consecratione prudenter attendens quod huic gravamini occurreres fuisti publice protestatus, volentes igitur venerabilis in Christo frater tuo semper huic^a gravamini providere, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ad hoc nisi speciale privilegium exigat vel antiqua et approbata consuetudo requirat per usurpationem huiusmodi nullatenus tenearis.

Datum Laterani, .XII. Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

21. ^a *In R* hoc

21. ¹ Cfr. Appendice I.

² Cfr. Appendice I.

22

1218, gennaio 2, Laterano

<Onorio III>, su richiesta del podestà di Pisa Ubaldo <Visconti>, incarica l'arcivescovo della città <Vitale> di sciogliere dalla scomunica quei Pisani che vi erano incorsi perché residenti nel *castrum Calari* o perché si erano recati in Sardegna con l'esercito, purché rispettino gli ordini del pontefice e risiedano ora a Pisa.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 185v, ep. 775. Sul lato esterno di 185v, all'altezza dell'ultima riga del doc. precedente, è ritrascritto l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della seconda riga del doc., la cifra: *DDCCLXXV*.

E d i z i o n i : SCANO, I, LVII, p. 39.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 958, p. 161.

Cfr. docc. 18*, 12, 20, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Archiepiscopo Pisano*¹

Dilectus filius Ubaldu Pisanus potestas² nobis humiliter supplicavit, ut illis qui pro eo quod castrum Calari a Pisanis constructum inhabitant et hiis qui pro eo quod in Sardiniam cum exercitu accesserunt vinculo fuerint excommunicationis astricti munus faceremus absolutionis impendi, cum parati sunt mandatis nostris humiliter obedire. Quia igitur mater Ecclesia humiliter ad se redeuntibus non claudit sue gremium pietatis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, sufficienti ab eis cautione recepta, quod super hiis pro quibus excommunicati sunt nostris debeant precibus parere preceptis, eis qui nunc tantum sunt in civitate Pisana beneficium absolutionis impendas.

22. ¹ Vitale (1218-1252): EUBEL, I, p. 399.

² Ubaldo di Eldizio Visconti (1215-1218): CECCARELLI, *I Podestà*.

Datum Laterani, .IIII. Nonas Ianuarii, anno secundo.

23

1218, febbraio 5, Laterano

<Onorio III> informa gli arcivescovi e i vescovi della Sardegna, i giudici di Torres e Gallura e i nobili dell'isola, che, dato l'impegno dei Pisani a sottostare alle volontà della Sede apostolica relativamente ai motivi che avevano portato all'interdetto sulla città, ha rinnovato al nuovo arcivescovo di Pisa Vitale le concessioni delle quali la sua Chiesa godeva sulla Sardegna: la legazia nell'isola e la primazia sulle provincie di Torres, Arborea e Cagliari. Pertanto ordina loro di ricevere Vitale secondo l'onore che gli è dovuto nello svolgere questi ruoli.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 215r, ep. 869. Sul lato esterno di 215r, all'altezza della prima riga del doc., è ritrascritto l'indirizzo; sul lato interno, all'altezza della terza riga, la cifra: *DCCCLXIX*.

E d i z i o n i : UGHELLI, III, col. 425; *CDS*, I, sec. XIII, doc. XXXIX, p. 333, parziale.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5692, pp. 500-501; PRESSUTTI, I, 1063, p. 179; SCANO, I, LIX, p. 40.

Cfr. docc. 24 e 25 e Introduzione, parte II, cap. 2 d.

*Archiepiscopis et episcopis et nobilibus viris Turritano et Gallurensi iudicibus aliisque nobilibus per Sardiniam constitutis*¹.

Cum quidam predecessores nostri Pisanis archiepiscopis contulerint in Turritana, Alborensi et Calaritana^a provinciis

23. ^a *In R Caluritana*

23. ¹ Per il prospetto dei vescovi cfr. Appendice I; il giudice di Torres è Comita (1198-1218), quello di Gallura Lamberto Visconti: cfr. Appendice II.

primatus et in Sardinia legationis honores, prout in privilegiis eorum apparet, nos venerabili fratri nostro Vitali, Pisano archiepiscopo², benigne concessimus quod nostri predecessores ipsius archiepiscopi predecessoribus concesserunt, cum Pisani, sicut vos credimus non latere, super hiis pro quibus interdicto suppositi fuerant iuraverint nostris mandatis humiliter obedire.

Ideoque universitatem vestram attente monemus per apostolica scripta mandantes, quatinus eidem archiepiscopo in hiis que in predicta terra sibi sunt ab apostolica Sede concessa, tamquam primati vestro et apostolice Sedis legato debitum honorem et reverentiam impendatis eiusque salubribus monitis curetis devote ac humiliter obedire.

Datum Laterani, Nonas Februarii, anno secundo.

24

1218, febbraio 5, Laterano

<Onorio III> scrive al capitolo, al clero e al popolo di Pisa, informandoli di aver rinnovato al loro nuovo arcivescovo, Vitale, le concessioni delle quali la loro Chiesa godeva in Sardegna: la legazia nell'isola e la primazia sulle provincie di Torres, Arborea e Cagliari e delle quali era stata privata tempo prima a causa del comportamento dei cittadini pisani.

O r i g i n a l e [A]: ASPi, *Diplomatico*, Atti pubblici, 1217 s. p., febbraio 5 corta. C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 215r, ep. 870. Sul lato esterno di 215r, all'altezza dell'ultima riga del doc. precedente, è ritrascritto l'indirizzo; sul lato interno, all'altezza della terza riga, la cifra: DCCCLXX. Poiché A è in alcuni punti un po' deteriorato, per non appesantire con i segni di integrazione, per questa edizione si è preferito usare R, integrato con A per le parti mancanti: protocollo e *datum*.

23. ² Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399 e DELL'AMICO, *Tra politica e pastorale*.

E d i z i o n i : UGHELLI, III, col. 425; CDS, I, sec. XIII, doc. XLI, p. 334, parziale; HOROY, II, doc. CXXV, coll. 621-622; SCANO, I, LVIII, pp. 39-40.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5693, p. 501, regestato senza numero anche a p. 523; PRESSUTTI, I, 1064, pp. 179-180.

Cfr. docc. 23 e 25 e Introduzione, parte II, cap. 2 d.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis capitulo clero et populo Pisanis. Salutem et apostolicam benedictionem^a.

Quod circa Ecclesiam et civitatem vestram exuberet nostre sinceritatis affectus potestis perpendere per effectum: nam preter alia in quibus vos multipliciter honoravimus, venerabili fratri nostro .Vitali. archiepiscopo vestro¹, munere consecrationis impenso eodemque palleo decorato, ipsi concessimus in Turritana, Arborensi, et Calaritana provinciis primatus et in Sardinia legationis honores, sicut predecessores nostri eiusdem archiepiscopi predecessoribus concesserunt², quibus exigentibus culpis vestris, vos cives Pisani vestra Ecclesia iam dudum fuit non immerito mutilata; ideoque universitatem vestram monemus et exhortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatinus, benignitatis nostre ac tantorum beneficiorum non immemores vel ingrati, taliter in devotione Sedis apostolice persistatis per effectum operis ostendentes eandem, ut collata vobis huiusmodi beneficia conserventur et gratie gratia mereamini superaddi.

Datum Laterani, Nonas Februarii, Pontificatus nostri a<nno> secundo^b.

24. ^a *Sin qui A, in R* Capitulo, clero et populo Pisanis
R Datum ut supra

^b *Il Datum è in A, in*

24. ¹ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399.

² Cfr doc. 25 note 3-5.

25

1218, febbraio 8, Laterano

Onorio III – secondo quanto già fatto dai suoi predecessori Adriano <IV>, Alessandro <III>, Clemente <III>, Celestino <III> e Innocenzo III – riconferma all'arcivescovo di Pisa, Vitale, i privilegi dei quali la Chiesa pisana godeva grazie alle concessioni compiute da papa Innocenzo II: la metropoli sulle sedi di Civita e Galtellì, nel giudicato di Gallura in Sardegna, e sulla sede di Populonia in Toscana; così come la primazia sulla provincia ecclesiastica di Torres. Conferma inoltre il primato sulle province ecclesiastiche di Cagliari e Arborea, <concesso da Alessandro III>. Conferma infine la legazia su tutta l'isola, già concessa da Urbano <II> – e riconfermata da Innocenzo II, Eugenio <III>, Anastasio <IV>, Celestino <III> e Innocenzo III –. L'arcivescovo è autorizzato a convocare i vescovi a concilio e a correggerli in questioni di dottrina. Può esercitare liberamente il suo diritto primaziale, ma non può convocare a Pisa gli arcivescovi di Cagliari e Arborea senza prima aver ottenuto l'esplicito consenso del pontefice.

O r i g i n a l e [A]: ASPi, *Diplomatico*, Atti pubblici, 1217 s. p., febbraio 8, lunga; C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 214v-215r, ep. 868. Sul lato esterno di 214v, all'altezza della penultima riga del doc. precedente, è trascritto l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della quinta riga, la cifra: *DCCCLXVIII*. Poiché A è in alcuni punti un po' deteriorato, per non appesantire con i segni di integrazione, per questa edizione si è preferito usare R, integrato con A per il solo protocollo e con segnalazione delle varianti.

E d i z i o n i : *Annales*, 20, p. 396 (*ad annum* 1218, n° 30), parziale; HOROY, II, doc. CXXVII, col. 622.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5695, p. 501; PRESSUTTI, I, 1071, p. 180; SCANO, I, LX, p. 40.

Cfr. docc. 23 e 24 e Introduzione, parte II, cap. 2 d.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Vitali Pisano archiepiscopo¹ eiusque successoribus canonice substituendis. In perpetuum^a.

Si sua cuique iura illibata servamus, et eos qui in Ecclesia Dei pro iniuncto sibi officio et devotione sincera plus aliis elaborant digna retributionis vicissitudine diligentius ac specialius honoramus, quod nostrum est iuxta commune debitum, sicut debemus, exequimur et apostolice Sedis honorem integre custodimus.

Proinde, cum felicitis memorie predecessor noster Innocentius papa secundus de discordia et guerra que^b inter Pisanam et Ianuensem civitates extitit multas hominum clades et christianorum captivitates innumeras provenisse considerans, utriusque partis saluti tam spiritualiter quam temporaliter paterna sollicitudine studuerit providere atque pro bono pacis et recompensatione episcopatum, quos utique a predecessoribus nostris Romanis pontificibus Ecclesie Pisane concessos insula Corsice a predecessore tuo bone memorie archiepiscopo Huberto² acceperit in Gallurensi iudicatu duos episcopatus, Galtelinum^c videlicet et Civitatensem, et Populoniensem episcopatum sibi eiusque successoribus et per eos Ecclesie Pisane concesserit et metropolitico iure subiecerit; nos, qui in Sedis apostolice amministrazione, licet indigni, disponente Domino, sibi successimus, eandem concessionem ad exemplar bone memorie Adriani, Alexandri, Clementis, Celestini et Innocentii tertii³ predecessorum nostrorum Romanorum pontificum auctoritate apostolica confirmamus et ratam manere censemus. Eorumdem quoque

25. ^a *Sin qui A, in R*: Vitali Pisano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum ^b *In interlinea* ^c *In A Galtelinensem*

25. ¹ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399.

² Uberto arcivescovo di Pisa (1133-1137): VIOLANTE, *Cronotassi*, pp. 39-42; cfr. *IP*, X, n° 39, p. 382.

³ Adriano IV (1154-1159), cfr. *IP*, X, n° 46, p. 383; Alessandro III (1159-1181), cfr. *IP*, X, n° 50, p. 384; Clemente III (1187-1191); Celestino III (1191-1198) e Innocenzo III (1198-1216), cfr. *Innocenzo III e la Sardegna*, n° 1, pp. 3-6.

predecessorum nostrorum vestigiis inherentes vobis primatus honorem Turrítane provincie confirmamus.

Ad maiorem etiam honoris cumulum Pisane civitatis ut Pisana Ecclesia cum universo eiusdem civitatis populo in fidelitate atque devotione sacro sancte Romane Ecclesie iugiter perseveret et in ipsa cotidie augmententur, pro devotione quoque et honestate tua frater Vitalis Pisane archiepiscopo, personam tuam et per te Pisanam Ecclesiam ampliori munere volumus decorari. Tibi ergo tuisque successoribus primatum super Calarítana^d et Arborensi provinciis datum concedimus et auctoritate Sedis apostolice confirmamus^d, ita quidem ut eos ad concilium vocandi excessus eorum corrigendi et in doctrina apostolica confirmandi, atque cetera omnia que ad ius primatus pertinent in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Verumptamen supradictarum duarum provinciarum archiepiscopos ad concilium // non vocabitis Pisas sine conscientia Romani pontificis. Super Turrítana vero provincia dignitatem primatus sicut a predecessoribus nostris Ecclesie Pisane concessum est habeatis.

Legationem quoque Sardinie a predecessore nostro papa Urbano predecessoribus tuis concessam et felicitis memorie Innocentii secundi, Eugenii, Anastasii, Celestini et Innocentii tertii⁵ Romanorum pontificum privilegiis in perpetuum roboratam, tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina confirmamus, et confirmationem ipsam ratam et inconvulsam perpetuis temporibus decernimus permanere.

Denique, ut Pisana civitas, que favore celestis numinis de inimicis christiani nominis victoriam frequenter obtinuit et eo-

^d *In A Callaretana*

⁴ Concesso da Alessandro III (1159-1181) l'11 aprile 1176, cfr. *IP*, X, n° 50, p. 384.

⁵ Urbano II (1088-1099), cfr. *IP*, X, n° 34, p. 381; Innocenzo II (1130-1143), cfr. *IP*, X, n° 40, p. 382; Eugenio III (1145-1153) cfr. *IP*, X, n° 42, p. 383; Anastasio IV (1153-1154), cfr. *IP*, X, n° 44, p. 383; Celestino III (1191-1198) e Innocenzo III (1198-1216), cfr. *Innocenzo III e la Sardegna*, n° 1, pp. 3-6.

rum urbes plurimas subiugavit amplius honoretur, equo albo cum nacco albo in processionibus utendi et crucem vexillum scilicet dominicum per subiectas vobis provincias portandi et per spatium illud Wulteranensis episcopatus quo de Pisano episcopatum^e ad Populoniensem transitur, tibi tuisque successoribus licentiam impartimur. Pallei quoque usum fraternitati tue concedimus ut videlicet eo secundum consuetudinem Pisane Ecclesie perfruaris et in consecrationibus trium episcoporum in Corsica Aellensis videlicet Aiacensis et Saguntine^f ac predictorum duorum de Sardinia et Populoniensi episcopi quorum metropolitanus existis.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisve sui dignitate careat, remque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, atque in extremo examine, divine ultioni subiaceant. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax, Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia eterne pacis inveniant. Amen, amen^g.

Datum Laterani, per manum Ranerii, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, .VI. Idus Februarii, indictione .VI., incarnationis Dominice anno .M.CC.XVII. pontificatus vero domini Honori pape .III. anno secundo.

^e segue cancellatura per lo spazio di 3 lettere ^f In A Saguntinensis ^g Si qua, sino ad Amen, in A; in R Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens et cetera usque ultioni subiaceat. Cunctis autem et cetera usque eterne pacis inveniant. Amen

26

<1218, marzo *circa*>

<Onorio III> ordina agli abati dei monasteri esenti di varie parti della Cristianità, tra i quali quelli della Sardegna, di inviare al più presto alla Sede apostolica la vigesima per la Terrasanta, secondo quanto ordinato più volte.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 228v, ep. 933. Sul margine esterno di 228v, parzialmente rifilato, è ripetuto l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della quarta riga, la cifra: .IX.C. XXXIII.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1547, p. 256; SCANO, I, LXI, p. 41, con data 1218.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

Hiis episcopis et abbatibus exemptis scriptum est: abbatibus exemptis per Regnum Francie constitutis

Presentium vobis auctoritate districte precipiendo mandamus, quatinus vicesimam monasteriorum vestrorum et ecclesiarum vobis pleno iure subiectarum fideliter colligentes summam ipsius vestris nobis litteris intimetis transmittendam in subsidium Terre sancte, iuxta quod vobis iterato duximus iniungendum.

In eundem modum Decano et capitulo Sancti Martini Turonensis;

episcopis et abbatibus per Lombardiam constitutis;

[...]

per Sardiniam.

27*

<ante 1218, marzo 17>

<L'abate di Vallombrosa, Benigno, chiede a Onorio III la riconferma della proprietà della *domus* di Thamis, nel giudicato d'Arborea>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dalla lettura del n° 30, dove Onorio, confermando i beni all'abate scrive: «...vestris postulationibus grato concurrentes assensu...».

28*

<ante 1218, marzo 27>

<Informatori affidabili riferiscono a Onorio III dell'elezione del vescovo di Suelli ad arcivescovo di Cagliari da parte del capitolo di questa sede, senza che sia stato chiesto il *nulla osta* della Sede apostolica per il trasferimento da una sede all'altra>.

L'esistenza di questa informativa è ricavabile dalla lettura del n° 31, dato che il tenore della lettera dimostra che il pontefice è informato del processo che ha portato all'elezione del vescovo di Suelli ad arcivescovo di Cagliari.

29*

<1218, marzo 27 circa, Laterano>

<Onorio III, informati i legati Ugo e Rolando che ha dovuto cassare l'elezione del vescovo di Suelli ad arcivescovo di Cagliari poiché il capitolo non aveva preventivamente chiesto il *nulla osta* alla Sede apostolica per il trasferimento, li incarica di verificare l'idoneità della persona alla elezione arcivescovile e di riferirgli per deliberare sulla sua elezione>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 31, dove il pontefice afferma di aver già incaricato i legati affinché «vota vestra [del capitolo]

circa ipsum [il vescovo di Suelli] exquirant et persone merita [...] examinent diligenter [...] ut si idoneus repertus fuerit, et ipsi in Ecclesia et Ecclesie vestre utiliter provideatur in ipso».

30

1218, marzo 17, Laterano

Onorio III, su richiesta dell'abate di Vallombrosa Benigno, riconferma all'Ordine la proprietà della *domus* di Thamisi, in Sardegna, nel giudicato d'Arborea, che era stata donata dal defunto giudice Pietro e da sua madre P<ellegrina>.

C o p i a a u t e n t i c a [BA]: ASFi, *Corporazioni religiose soppresse dal governo francese*, serie 260, pezzo 126, f. 47 r., redatta il 13 luglio 1322 da *Cante filius olim domini Bonaventure medici de Florentia imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius*. C o p i a s e m p l i c e [C]: ASFi, *Corporazioni religiose soppresse dal governo francese*, serie 224, pezzo 326, 1 f.r., non numerato, realizzata nel 1609. In [BA], in alto, prima del testo, la scritta: «In Dei nomine amen. Hoc est exemplum cuiusdam privilegii apostolici bulla plumbea muniti ipsi privilegio apensa cum filis siriceis gialli et rubei coloris, solitis singnis singnata, cuius tenor talis est».

E d i z i o n i : NARDI, p. 104; ZANETTI, p. 230, che la riprende da Nardi e la data erroneamente al 1217; PIRAS, pp. 235-236, doc. 21 della quale si riporta qui l'edizione, adattata nei criteri.

Cfr. doc. 27*.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis . . . abbatibus¹ et conventui monasterii Vallisumbrose salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et ne pra-

30. ¹ Benigno (*post* 29 novembre 1201 – inizi 1234): cfr. VOLPINI, *Benigno*, pp. 508-511.

vorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii vestris postulationibus grato concurrentes assensu, domum de Thamis² cum possessionibus et pertinentiis suis quam condam Petrus iudex Arborensis et .P<ellegrina>. mater ipsius³, fundatores eiusdem domus pia vobis liberalitate donarunt, sicut eam iuste ac pacifice optinentis et in auctentico instrumento donationis ipsius plenius continetur vobis et per vos monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc actemptare, presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani, XVI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

31

1218, marzo 27, Laterano

<Onorio III> scrive al capitolo di Cagliari informandolo di aver cassato l'elezione del vescovo di Suelli ad arcivescovo, nonostante la votazione unanime in suo favore, poiché fatta senza aver chiesto preventivamente il *nulla osta* della Sede apostolica per il trasferimento. Il pontefice, tuttavia, ha incaricato i legati, Ugo e R<olando>, di verificare l'idoneità della persona alla ele-

² Villaggio distrutto nel giudicato d'Arborea, nella diocesi di Terralba, nell'agro dell'attuale comune di Uras.

³ Pietro I d'Arborea (1172-morto entro il 1200: cfr. *Innocenzo III e la Sardegna*, Appendice 2); Pellegrina, prima moglie di Barisone I d'Arborea, (prima attestazione 1164, ultima 1195: *CDS*, I, sec. XII, docc. LXXX e CXLIII, cfr. anche *Genealogie*, p. 168).

zione arcivescovile e di riferirgli per poter deliberare sulla sua elezione.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, f. 235v, ep. 967. Sul margine esterno di 235v, parzialmente rifilato, è ripetuto l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: 964.

E d i z i o n i : MATTEI, *Sardinia Sacra*, pp. 92-93; CDS I/2, Appendice, doc. IV, p. 881; SCANO, I, LXII, p. 41; FRIEDBERG, II, col. 48; BOEHMER-RICHTER, II, tit. V, cap. VI, p. 46.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 7714, pp. 663-664, senza data; PRESUTTI, I, 1184, p. 197.

Cfr. docc. 28*, 29* e 47*-50 e Introduzione, parte II, cap. 2 d.

<Capitulum>^a Calaritano

Etsi unanimiter vota vestra concurrerint ad venerabilem fratrem nostrum Suellensem episcopum¹ in Ecclesie vestre archiepiscopum eligendum, cum sue alligatus Ecclesie liberum non habeat sine nostra permissione volatum, electionem de ipso factam tamquam contra canones minus licite attemptatam de fratrum nostrorum consilio duximus irritandam, cum eligi nullo iure potuerit sed potius postulari. Volentes tamen quantum cum Deo possumus desideriis vestris benevolo favore concurrere, dilectis filiis Hugoni subdiacono et .R<olando>. capellanis nostris apostolice Sedis legatis duximus iniungendum, ut et vota vestra circa ipsum exquirant et persone merita vice nostra examinent diligenter eundem ad nos cum litteris suis rei veritatem continentibus destinando, ut si idoneus repertus fuerit, disponente Domino, et ipsi in Ecclesia et Ecclesie vestre utiliter provideatur in ipso.

Datum Laterani, .VI. Kalendas Aprilis, anno secundo.

31. ^a In R Episcopo, ma è chiaramente un errore del copista

31. ¹ Cfr. Appendice I.

32

1218, giugno 18, Roma San Pietro

Onorio III conferma all'abate di S. Vittore di Marsiglia, <Bonfiglio>, la proprietà di tutti i beni appartenenti all'abbazia, compresi i monasteri in Sardegna: il monastero di S. Saturno di Cagliari con tutte le sue pertinenze; la chiesa di S. Nicola di *Guzule* nel giudicato di Torres; le chiese di S. Stefano di Posada, S. Maria *de Larasano*, S. Andrea *de Lata* e S. Maria *de Surradyn* nel giudicato di Gallura.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 9, ff. 268v-269v, ep. 1196. Sul lato esterno del documento all'altezza dell'ultima riga del doc. precedente, quasi totalmente rifilato, è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, alla stessa altezza, appena più interna, la cifra: 1196. L'edizione riguarda solo le parti del documento che interessano la Sardegna.

E d i z i o n i : HOROY, II, doc. CCXCVIII, coll. 803-808.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 5853, p. 514, con data 28 giugno; PRESUTTI, I, 1445, p. 239.

Cfr. Doc. 38.

Abbati Sancti Victoris Massiliensis¹ eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum.

Religiosam vitam *et cetera usque* infringat. Eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sancti Victoris Massiliensis quod specialiter Beati Petri iuris existit in quo divino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam in eodem monasterio *et cetera usque* observetur.

Preterea quascumque possessiones *et cetera usque* illibata

32. ¹ Bonfiglio (1215-1234): AMARGIER, *Abbatum massiliensium series*, pp. 314-321.

permaneant. In quibus hec propriis *et cetera usque* vocabulis. Locum ipsum *et cetera usque* pertinentiis suis. [...] // [...] In Caralis Sardinie: monasterium Sancti Saturni cum aliis sibi subditis ecclesiis². In iudicatu Turrensi: ecclesiam Sancti Nycolai de Gozolino cum pertinentiis suis³. In iudicatu Gallurensi Sancti Stephani de Posata; Sancte Marie de Larasano; Sancti Andree de Lata et Sancte Marie de Surradyn ecclesias⁴. [...] //

[...] Decimas insuper et possessiones ad ecclesias vestras spectantes que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorumdem et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Preterea omnes libertates et immunitates a felicitis recordationis Urbano et Innocentio secundis⁵ et aliis predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio et ordini vestro concessas, necnon et libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus, principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium *et cetera usque* profutura, salva sedis apostolice auctoritate, et in predictis monasteriis et ecclesiis non exemptis diocesanorum episcoporum canonica iustitia.

Si qua igitur in futurum *et cetera usque* ultioni. Cunctis auctem *et cetera*. Amen.

² S. Saturno di Cagliari, nel giudicato e provincia ecclesiastica omonimi, nell'attuale comune di Cagliari, l'insieme delle proprietà annesse a questo monastero si veda nel doc. 38.

³ S. Nicola di *Guzule*, in giudicato di Torres, in diocesi di Bisarcio, nell'attuale comune di Ozieri.

⁴ Santo Stefano di Posada, diocesi di Galtelli, nell'attuale comune omonimo, dal quale dipendevano la vicina chiesa di S. Andrea di Posada (*de Lata*), e, in diocesi di Civita, le chiese di: S. Maria di *Larathon*, nell'attuale comune di Olbia e S. Maria di *Surrache*, nell'attuale comune di Luogosanto.

⁵ Urbano II (1088-1099), cfr. GUÉRARD, *Cartulaire*, n° 840, 1095, aprile 4, pp. 208-210; Innocenzo II (1130-1143), cfr. GUÉRARD, *Cartulaire*, n° 844, 1135, giugno 18, pp. 220-230.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, per manum Ranerii, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, .XIII. Kalendas Iulii, indictione .VI., incarnationis Dominice anno .M.CC.XVIII., pontificatus vero domini Honorii, pape .III. anno secundo.

33*

<ante 1218, agosto 22>

<Benedetta di Massa giudicessa di Cagliari scrive ad Onorio III: lo informa che è stata obbligata da Lamberto Visconti e da altri cittadini pisani a giurare di sposare Ubaldo Visconti e che, pur avendo giurato al papa Innocenzo III di non infeudare o alienare i castelli del suo giudicato, ha dovuto trasgredire; gli si rivolge per essere aiutata a liberarsi dall'impegno matrimoniale a favore di Ubaldo Visconti e per rimediare alla situazione relativa ai *castra* giudicali>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dai nn. 39 e 40 dove il pontefice, incaricando i legati Ugo e Orlando di occuparsi della faccenda, afferma che era stata la stessa giudicessa ad *insinuargli* le informazioni sulla situazione e a chiedergli «ut [...] paterna dignaremur sollicitudine providere».

34*

<ante 1218 agosto 22>

<Pietro, priore del monastero vittorino di S. Saturnino di Cagliari chiede al pontefice la riconferma delle proprietà del monastero>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 38, dove Onorio, nel contesto della riconferma dei beni del monastero, afferma di dar seguito alle «iustis postulationibus» del priore.

35

1218, agosto 19, Laterano

<Onorio III> ordina ai consoli e al popolo di Pisa di richiamare dalla Sardegna e dal giudicato di Cagliari Ubaldo <Visconti> entro otto giorni dal ricevimento della lettera. Li informa, inoltre, di aver già ordinato al loro arcivescovo, <Vitale>, di scomunicare gli stessi consoli e di promulgare l'interdetto sulla città, in caso di non esecuzione del mandato.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 7v-8r, ep. 32. Sul lato interno di 7v è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, di inchiostro più chiaro, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: XXXII. In calce a R vi è l'attestazione dell'invio di un doc. dello stesso tenore all'arcivescovo di Pisa: «In eundem modum scriptum est super hoc archiepiscopo Pisano».

E d i z i o n i : SCANO, I, LXIII, p. 42.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1589, p. 265.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Consulibus et populo Pisanis*¹

Si melius notassetis quod legitur: «frustra iacitur rete ante oculos pennatorum»², non attemptaretis nos et Romanam Ecclesiam sic patenter eludere Sardiniam ac specialiter terram nobilis mulieris dompnicelle Benedicte per Ubaldum³ et alios cives vestros infestari, non sine nostra et apostolice Sedis iniuria permettendo ne faciendo dicamus et per manifestam dissimu-

35. ¹ I consoli pisani in carica dal 14 maggio 1218 sino alla fine di aprile del 1220 erano: Bolso del fu Pietro Albizzone (Casapiéri), Ugo Grotti (Duodi), Ranieri Barattola Visconti, Malvicino del fu Ildebrando da Cesano (Upezzinghi), Guido (di Ildebrandino) di Ventriglio Matti: CECCARELLI, *I Podestà*.

² Proverbi 1,17.

³ Benedetta di Massa, giudicessa di Cagliari (1214-1232 ca.); Ubaldo di Eldizio Visconti.

lationem tacitumque consensum ipsos obliti pacti et iuramenti vestri in huiusmodi presumptione fovendo, cum posse et non velle perturbare perversos nichil sit aliud quam fovere.

Monemus, igitur, universitatem vestram et per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatinus infra octo dies post susceptionem presentium nuntios vestros et litteras in Sardiniam destinantes, prefatum Ubaldum et omnes alios cives vestros ab impugnatione predictae terre, excusatione ac dilatione cessantibus, revocetis, nec amplius propter hoc illuc redire sinatis qui nisi infra viginti dies postquam presentes litteras receperitis terram exiverint memoratam, illos sicut ad vos pertinet puniatis, non causantes vos illos revocare vel punire non posse, cum in terra et districtu vestro habeant possessiones et domos per quarum exterminium illas revocare potestis aut saltem de sua temeritate punire. Taliter autem adimpleatis nostrum in hac parte preceptum quod vos illud non peniteat obaudisse. Nos enim venerabili fratri nostro .<Vitali>. archiepiscopo⁴ vestro nostris damus litteris firmiter in preceptis, ut nisi infra prescriptos terminos curaveritis efficere quod mandamus, ipse ex tunc in principales personas, videlicet consu//les et consiliarios civitatis vestre, excommunicationis et in civitatem ipsam interdicti sententias, appellatione remota, non differat promulgare, ac insuper quantum abutamini patientia nostra de terra ipsa Sardinie nisi aliter provideritis, talia cogitabimus que vobis non cedent ad commodum vel honorem, immo, ut loquamur aperte, que vobis erunt causa doloris continui et erit fera et inutilis penitudo.

Datum Laterani, .XIII. Kalendas Septembris, pontificatus nostri anno tertio.

⁴ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399; cfr. DELL'AMICO, *Tra politica e pastorale*.

36

1218, agosto 19, Laterano

Archiepiscopo Pisano

<Onorio III ordina all'arcivescovo di Pisa Vitale di scomunicare i consoli e di promulgare l'interdetto sulla città di Pisa in caso di non esecuzione del mandato pontificio di richiamare dalla Sardegna e dal giudicato di Cagliari Ubaldo Visconti entro otto giorni dal ricevimento della lettera>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 7v-8r, ep. 32. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 35.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXIII, p. 42.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1589, p. 265.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b e d.

*In eundem modum scriptum est super hoc archiepiscopo Pisano*¹

37*

<1218, agosto 19 *circa* – *ante* 1218, novembre 10>

<Onorio III ordina a Ubaldo e Lamberto Visconti di abbandonare le terre indebitamente occupate in Sardegna e di liberare Benedetta di Massa dal vincolo matrimoniale che le hanno imposto a favore di Ubaldo>.

L'esistenza di questo doc. e il suo *ante quem* è ricavabile dal n° 45, dove Onorio, scrivendo ai Milanesi affinché aiutino Mariano di Torres nella guerra che si appresta a fare contro i due Pisani, scrive che l'azione militare si era resa necessaria data la pervicacia dei due fratelli «licet multis monitionibus institerimus apud eos». Sul contenuto e il *post quem* si vedano i docc. 35, 36, 39, 40.

36. ¹ Vedi nota 4 del doc. precedente.

38

1218, agosto 22, Laterano

<Onorio III>, su richiesta di Pietro priore del monastero di San Saturno di Cagliari, concede al monastero stesso la protezione apostolica, lo conferma nei suoi privilegi e nella proprietà di tutti i suoi beni: le chiese di S. Efsio di Nora; S. Pietro *iuxta litus maris*; S. Lucifero di Pau; S.ta Maria *de Vineis*; S.ta Maria e S. Andrea *de Sebollo*; S.ta Maria *de Leeni*; S. Pietro *de Serra*; S.ta Maria *de Gip*; S. Anania *de Portu*; S.ta Maria *de Portu Salis*; S. Elia *de Monte*; S. Vittoria *de Nurage*; S.ta Maria *de Arcu*; S. Pietro *de Ponte*; S. Vittoria di Sinnai; S. Ambrogio di Uta; S. Giorgio di Decimo; S.ta Barbara *de Aquafrigida*; S.ta Maria *de Margamil*; S. Pietro *de Ruina*; S. Salvatore *de Balnearia*; S.ta Lucia *de Civita*; S. Efsio *de Carco*; S. Lussorio *de Maara*.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 6r, ep. 22. Sul lato esterno di 6r è riportato l'indirizzo; sul lato interno, di inchiostro più chiaro, la cifra: *XXII*.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXV, pp. 43-44.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1592, pp. 266.

Cfr. doc. 32 e 34*.

Petro¹ priori et conventui monasterii Sancti Saturni in Kalaritana diocesi constitutis, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum

Pie postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatum monasterium sancti Saturni, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegii

38. ¹ Priore del monastero di S. Saturno di Cagliari (1215-1227): BOSCOLO, *L'abbazia di San Vittore*, p. 145.

communimus. In primis, siquidem, statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus *et cetera usque* observetur. Preterea, quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum *et cetera usque* illibata permaneant. In quibus hec *et cetera usque* vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Ephisi de Nuras² cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Petri iuxta litus maris³; ecclesiam Sancti Luciferi de Pau⁴; ecclesiam Sancte Marie de Vineis⁵, ecclesiam Sancte Marie de Sebollo⁶, ecclesiam sancte Marie de Leeni⁷; ecclesiam Sancti Petri de Serra; ecclesiam Sancti Andree de Sebollo⁸; ecclesiam Sancte Marie de Gip⁹; ecclesiam Sancti Ananie de Portu¹⁰; ecclesiam Sancte Marie de Portu Salis¹¹; ecclesiam Sancti Elye de Monte¹²; ecclesiam Sancte Victorie de Nurage¹³; eccle-

² S. Efsio di Nora, in giudicato di Cagliari nell'omonima diocesi, nell'attuale comune di Pula.

³ S. Pietro nell'attuale area urbana di Cagliari.

⁴ S. Lucifero, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Vallermosa, scomparsa.

⁵ S. Maria *de Vineis* nell'attuale area urbana di Cagliari, scomparsa.

⁶ S. Maria in Cepola in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Quartu.

⁷ S. Maria in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Villacidro, scomparsa.

⁸ S. Pietro e S. Andrea, in giudicato e diocesi di Cagliari, entrambe nell'attuale comune di Serramanna, scomparse.

⁹ S. Maria, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Decimoputzu.

¹⁰ S. Anania, nell'attuale area urbana di Cagliari, scomparsa.

¹¹ Detta anche S. Maria *de Gruttis*, nell'attuale area urbana di Cagliari, scomparsa.

¹² S. Elia, nell'attuale area urbana di Cagliari, distrutta.

¹³ S. Vittoria, in giudicato di Cagliari, forse nell'attuale comune di Villamassargia quindi diocesi di Sulci, scomparsa.

siam Sancte Marie de Arcu¹⁴; ecclesiam Sancti Petri de Ponte¹⁵ cum omnibus pertinentiis earumdem; ecclesiam Sancte Victorie de Synai¹⁶; ecclesiam Sancti Ambrosii de Uda¹⁷; ecclesiam Sancti Georgii de Decimo¹⁸ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Barbare de Aquafrigida¹⁹; ecclesiam Sancte Marie de Margamil²⁰; ecclesiam Sancti Petri de Ruina²¹; ecclesiam sancti Salvatoris de Balnearia; ecclesiam Sancte Lucie de Civita²²; ecclesiam Sancti Ephysi de Carco²³ et ecclesiam Sancti Ruxurii de Maara²⁴ cum omnibus pertinentiis earumdem. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos *et cetera usque* retinere. Prohibemus, insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine prioris sui licentia nisi arcioris religionis obtentu de eodem loco discedere. Discedentem vero

¹⁴ S. Maria, in giudicato di Cagliari, diocesi di Dolia, nell'attuale comune di Selegas, distrutta.

¹⁵ S. Pietro, in giudicato di Cagliari, nell'omonima diocesi, nell'attuale comune di Quartu.

¹⁶ S. Vittoria, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Sinnai.

¹⁷ S. Ambrogio, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Uta.

¹⁸ S. Giorgio, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Decimoputzu.

¹⁹ S. Barbara, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Siliqua, distrutta.

²⁰ S. Maria, in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Maracalagonis, distrutta.

²¹ S. Pietro, in giudicato di Cagliari, non localizzata ma nell'attuale provincia di Nuoro.

²² S. Salvatore e S. Lucia entrambe nell'attuale area urbana di Cagliari, scomparsa la prima, rifatta nel XVII secolo la seconda.

²³ S. Efisio, in giudicato di Cagliari, nell'omonima diocesi, nell'attuale comune di Quartucciu.

²⁴ S. Lussorio in giudicato e diocesi di Cagliari, nell'attuale comune di Maracalagonis, distrutta.

et cetera usque retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Auctoritate quoque apostolica prohibemus ne ullus in vos vel monasterium vestrum excommunicationis vel interdicti sententias sine manifesta et rationabili causa promulgare, seu novis et indebitis exactionibus vos aggravare presumat. Crisma vero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum et clericorum qui ad sacros ordines *et cetera usque* pravitate aliqua exhibere. Prohibemus, insuper, ut infra fines parrochie vestre nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Sepulturam quoque ipsius loci *et cetera usque* nullus obsistat salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci priore vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem abbas monasterii sancti Victoris Massiliensis, cui dictum monasterium subesse dinoscitur eidem de consensu fratrum suorum vel maioris et sanioris partis ipsorum secundum Deum et beati Benedicti regulam providerit proponendum. Paci quoque et tranquillitati vestre *et cetera usque* audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas necnon libertates *et cetera usque* privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium *et cetera usque* pro futura. Salva Sedis apostolice auctoritate et in predictis ecclesiis diocesanorum episcoporum canonica iustitia.

Si qua igitur *et cetera*. Cunctis autem *et cetera usque* Amen.

Datum Laterani, per manum Ranerii sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, .XI. Kalendas Septembris, indictione .VI., incarnationis Dominice anno .M.CC.XVIII., pontificato vero domini Honorii pape .III. anno tertio.

39

1218, agosto 22, Laterano

<Onorio III> – dopo averli informati che Benedetta giudicessa di Cagliari, pur avendo giurato al papa I<nnocenzo III> di non infeudare o alienare i castelli del suo giudicato, aveva dovuto per varie ragioni trasgredire a quel giuramento, e che ora si è rivolta a lui per ottenere aiuto – ordina ai legati apostolici Ugo e Orlando di impartire la giusta penitenza alla giudicessa e di dichiarare illegittime tutte le alienazioni da lei compiute in pregiudizio della Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 8r, ep. 33. Sul margine esterno di 8r è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, di inchiostro più chiaro, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: XXXIII.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXIV, p. 43.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1593, p. 266.

Cfr. Doc. 33*.

*Hugoni subdiacono et Orlando¹ capellanis nostris, apostolice
Sedis legatis*

Dilecta in Christo filia nobilis mulier domnicella Benedicta nobis insinuare curavit quod, clare memorie .<Wilelmo>.² patre ipsius ab hac luce subtracto, ipsa in manibus metropolitani sui ac consanguineorum eius de non infeudando seu quolibet modo alienando castra vel possessiones suas absque ipsorum licentia, prout a felicis memorie .I<nnocentio>. papa predecessore nostro dispositum fuerat³, prestitit corporaliter iuramen-

39. ¹ Incaricati come legati nonostante l'ufficio della legazia apostolica fosse stato rinnovato *ad sedem* all'arcivescovo di Pisa dallo stesso Onorio nel febbraio dello stesso anno (cfr. doc. 25).

² Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari (1190-1214 ca.).

³ Innocenzo III (1198-1216), cfr. *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 143, pp. 149-151, con data da correggere al 1214.

tum; quod diversis coacta necessitatibus non servavit; unde petiit ut, tam salutis sue quam utilitati Romane Ecclesie, in cuius preiudicium se quedam alienasse fatetur, paterna dignaremur sollicitudine^a providere.

Quocirca, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, monentes eandem nobilem ut penitentiam de transgressione recipiat iuramenti, alienationes quas ab ea in Ecclesie Romane preiudicium inveneritis illicite attemptatas legitime revocetis, contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes.

Datum Laterani, .XI. Kalendas Septembris, pontificatus nostri anno tertio.

40

1218, agosto 23, Laterano

<Onorio III>, dopo averli informati che Benedetta di Cagliari è stata obbligata da Lamberto <Visconti> e altri cittadini pisani a giurare a nome suo e dei suoi vassalli, di sposare Ubaldo <Visconti> e a concedere loro alcuni castelli del giudicato che appartengono alla Sede apostolica, ordina ai legati apostolici Ugo e Rolando di dichiarare la giudicessa e i suoi vassalli sciolti dall'illecito giuramento.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 6v-7r, ep. 26. Sul lato esterno di 6v è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della terza riga del documento, di inchiostro più chiaro, la cifra: XXVI.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXVI, pp. 45-46.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1594, p. 266.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 33*, 35, 36, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96,

99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

Hugoni et Rolando¹ capellanis nostris apostolice Sedis legatis

Dilecta in Christo filia nobilis mulier domicella Benedicta nobis insinuare curavit quod, olim a Lamberto fratre Ubaldi et quibusdam aliis civibus Pisanis in vinculis posita, coacta est tam suo quam vassallorum suorum iuramento firmare quod prefatum Ubaldum in virum reciperet et castra sua, immo Ecclesie Romane ad quam principaliter pertinere noscuntur, assignaret eidem. Cum igitur huiusmodi iuramentum illicitum fuerit et ideo non servandum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus tam // predictam nobilem quam vassallos ipsius denuntietis ab eodem iuramento penitus absolutos.

Datum Laterani, .X. Kalendas Septembris, anno tertio.

41*

<ante 1218, ottobre 15>

<Il vescovo di Sulci Mariano chiede al pontefice la conferma della proprietà dei beni della sua Chiesa>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 42 dove Onorio, nel riconfermare le proprietà in questione, scrive di dar seguito alle «iustis postulationibus» del vescovo.

40. ¹ Cfr. doc. precedente nota 1.

42

1218, ottobre 5, Laterano

<Onorio III> – sulla base di quanto già fatto dal predecessore Pasquale <II> – riconferma al vescovo di Sulci, Mariano, e ai suoi successori, la proprietà dei beni della chiesa sulcitana: le chiese di S. Maria *de Tatalia*, di S. Maria *de Palma*, di S. Marta e S. Giminiano *de Urratile*, di S. Giorgio *de Toloy*, di S. Giovanni *de Libano* e di S. Pantaleo, di S. Vincenzo *de Sigerro*, di S. Saturno e S. Paolo *de Tammari*, di S. Vittoria di Baratili, di S. Basilio *de Coronio*, di S. Maria di Flumentepido e di S. Maria di Sepezzo, nonché le *domus* di *Domnicelli*, di *Vado de Cannes*, di *Barmela*, di *Suergio*, di *Tacasile* e il *saltum* di *Tracarrì*, più un quarto del *saltum* del Barigadu e il *saltum* di *Gitture*; la *domestia* di *Urratile* detta anche *Carrarius*; le *domus* di *Symio*, di *Scolca de Moloso*, di *Barega*, di *Frongia*, e la *domum* della villa di San Lussorio, le *domus* di *Assemini*, di *Simbilia* e di *Conesi*. Stabilisce infine che la sede del vescovado sia quella antica di S. Antioco.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 15v-16r, ep. 71. Sul lato esterno di 15v è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: LXXI.

E d i z i o n i : MOTZO, *Il patrimonio*, pp. 216-219; SCANO, I, LXVII, pp. 46-47.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 1633, p. 272.

Cfr. doc. 41*.

*Mariano episcopo Sulciensi, eiusque successoribus canonicè substituendis imperpetuum*¹

In eminenti apostolice Sedis specula, licet immeriti, disponente Domino, constituti, fratres et coepiscopos nostros tam propinquos quam longe positos fraterna debemus caritate di-

42. ¹ Cfr. Appendice I.

ligere^a ac ecclesiis sibi a Deo commissis pastorali^b sollicitudine providere. Quapropter, venerabilis in Christo frater episcopo, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et Sulciensem Ecclesiam, cui Deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar felicitis recordationis Pascalis² pape, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis // scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem Ecclesia impresentiarum *et cetera usque* illibata permaneant. In quibus hec *et cetera usque* vocabulis: ecclesiam Sancte Marie de Tatalia³ cum ipsa villa, servis, ancillis, colonis, terris, vineis, pratis, ortis et planitie posita ante eam que dicitur Palude et aliis pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Palma⁴ cum mancipiis et aliis pertinentiis suis; Sancte Marthe; Sancti Geminiani de Urratile⁵; Sancti Georgii de Toloy⁶; Sancti Iohannis de Libano et Sancti Pantaleonis⁷, ecclesias cum omnibus pertinentiis earumdem; Sancti Vincentii de Sigerri⁸; Sancti Saturni; Sancti Pauli de Tammari⁹; Sancte Victorie de Baratili¹⁰; Sancti Basilii de Coronio¹¹; Sancte Marie de

42. ^a Segue cancellatura della lunghezza di cinque lettere ^b In R postorali

² Pasquale II: cfr. *IP*, X, p. 415, doc. *1, in realtà il doc. è andato perduto e Kehr ne dà notizia sulla base di questo di Onorio III.

³ S. Maria di Tratalias, cattedrale di Sulci, nell'attuale comune omonimo, questa e tutte le altre chiese e località sono in giudicato di Cagliari e diocesi di Sulci.

⁴ S. Maria di Palma, nell'attuale comune di San Giovanni Suergiu.

⁵ S. Marta e S. Gimignano di Turri, nell'attuale comune di Carbonia: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 33, n° 33.

⁶ S. Giorgio di Tului, nell'attuale comune di Giba.

⁷ Chiese che non sono riuscite a localizzare.

⁸ S. Vincenzo di Sigerro, nell'attuale comune di Villamassargia.

⁹ Chiese che non sono riuscite a localizzare.

¹⁰ S. Vittoria di Baratili, nell'attuale comune di Iglesias: TERROSU ASOLE, *L'insediamento umano*, p. 21, n° 25.

¹¹ S. Basilio di Corongiu, nell'omonima attuale frazione tra Carbonia e Iglesias.

Flumine Tepido¹² et Sancte Marie de Sepezzo¹³ ecclesias cum servis, ancillis et omnibus aliis pertinentiis earumdem; domum de villa Domnicelli; domum de Vado de Cannes; domum de Barmela; domum de Suergio et domum de Tacasile cum servis et ancillis et omnibus aliis pertinentiis suis; saltum qui dicitur Tracarri cum planitie, montibus, pascuis et aquis suis; quartam^c partem totius saltus qui dicitur Varicatum cum suis pertinentiis; saltum de Guttore Pontis cum montibus et planitie, aqua et omnibus pertinentiis suis; domesticam de Urratile que dicitur Carrarius cum pertinentiis suis; domum de Symio, domum de Scolca de Moloso; domum de Barega; domum de Frongia; domum de villa Sancti Ruxorii; domum de Arsemine; domum de Simbilia et domum de Conesi cum servis, ancillis, terris, vineis, pascuis et aquis et omnibus aliis ad easdem pertinentibus; districtius inhibentes ne predicta et alia que impresentiarum Sulciensis Ecclesia rationabiliter possidet a iurisdictione tua et successorum tuorum ullis umquam occasionibus subtrahantur.

Statuimus insuper ut episcopatus tui sedes iuxta morem antiquum apud beati Antiochi ecclesiam habeatur totaque diocesis, triconie que dicitur Sulci, triconie etiam que dicitur de Sikerri, in tua tuorumque successorum provisione cura et episcopali dispositione consistat. Ad hec cimiteria et beneficia ecclesiarum tue diocesis nullus hereditario iure *et cetera usque* compescatur. Preterea quod communi assensu tui capituli *et cetera usque* permanere. Prohibemus insuper ne excommunicatos vel interdictos tuos *et cetera usque* ligatum absolvi.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam *et cetera usque* profutura, salva Sedis apostolice auctoritate.

Si qua igitur *et cetera*. Cunctis autem *et cetera usque* Amen.

Datum Laterani, per manum Ranerii, Sancte Romane Eccle-

^c In R quartem

¹² S. Maria di Flumentepido, nell'attuale comune di Carbonia.

¹³ S. Maria di Sebatzus, nell'attuale comune di Siliqua.

sie vicecancellarii, .III. Nonas Octobris indictione .VII. incarnationis Dominice anno .M.CC.XVIII., pontificatus vero domini Honorii pape .III. anno tertio.

43

1218, novembre 8, Laterano

<Onorio III> ordina all'arcivescovo di Pisa <Vitale> di promulgare l'interdetto sulla città e di scomunicare il podestà e i consoli del Comune se non esproprieranno Ubaldo <Visconti> e i suoi alleati di tutti i beni e le terre che possiedono in città per obbligarli ad abbandonare la Sardegna.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 26rv, ep. 119. Sul lato esterno di 26r è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: CXIX. Sul lato interno, all'altezza della seconda riga: *videntur*. In calce a R vi è l'attestazione dell'invio di un doc. dello stesso tono ai consoli e al popolo di Pisa: «*In eundem modum scriptum est super hoc consulibus et populo Pisanis*».

R e g e s t i : SCANO, I, LXVIII, pp. 47-48; PRESSUTTI, I, 1672, p. 278.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 44-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Archiepiscopo Pisano*¹

Consules² populusque Pisanus, Dei et apostolice Sedis indignationem et iram pedibus et manibus sibi videntur^a arcescere,

43. ^a *Su videntibus cancellato*

43. ¹ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399.

² I consoli pisani in carica dal 14 maggio 1218 sino alla fine di aprile del 1220

qui tot commonitionibus et comminationibus omnino contemptis Ubaldum et alios cives suos ab impugnatione Sardinie revocare contempnunt, quin immo sicut per operum exhibitionem ostendunt eam per illorum manus // manifeste impugnant. Quamquam igitur merita eorum non exigant quod ipsos moneamus ut filios sed potius persequamur ut manifestos Ecclesie inimicos, ne tamen vel excusandi se, vel nos aliquatenus incusandi eis materia relinquatur ecce adhuc surdis auribus commonitiones et comminationes apostolicas intonamus nostris eis districte litteris precipiendo mandantes, quatinus prefatum Hubaldum³ ac alios cives eorum, iuxta quod eis alias dedimus in mandatis, ab impugnatione predicte terre per exterminium domorum ac possessionum quas in eorum terra et eius districtu obtinent, curent dilatione postposita revocare. Ideoque, presentium tibi auctoritate mandamus et in virtute obedientie districte precipimus, quatinus si dicti consules et populus quod mandamus neglexerint adimplere, tu in consules et consiliarios excommunicationis sententiam appellatione remota promulgare non differas, et totam terram districto subicere interdicto, ita quod preter penitencias morientium et baptismata parvulorum nullum ibi celebretur divinum officium^b aut exhibeatur ecclesiasticum sacramentum; alioquin nostro te conspectui personaliter representes, responsurus de inhobedientia et contemptu, cum iam alias te super hoc in nostri executione mandati negligentem exhibueris⁴ et remissum ad hoc Ubaldum et Lambertum fratrem eius ac quoslibet ad occupandam^c Sardiniam eis subsidium impendentes excommunicatos sine qualibet dilatione publice nunties, faciens sententiam ipsam singulis diebus

^b *Il testo prosegue sul margine sinistro del foglio* ^c *occupandam in interlinea*

erano: Bolso del fu Pietro Albizzone (Casapieri), Ugo Grotti (Duodi), Ranieri Barattola Visconti, Malvicino del fu Ildebrando da Cesano (Upezzinghi), Guido (di Ildebrandino) di Ventriglio Matti: CECCARELLI, *I Podestà*.

³ Ubaldo di Eldizio Visconti.

⁴ Con tutta probabilità fa riferimento al doc. 36.

dominicus et festivis, candelis accensis et pulsatis campanis, sollempniter publicari.

Datum Laterani, .VI. Idus Novembris, anno tertio.

44

1218, novembre 8, Laterano

Consulibus et populo Pisanis

<Onorio III minaccia i consoli e il popolo del Comune di Pisa di far promulgare la sentenza di scomunica su di loro e l'interdetto sulla città se non esproprieranno Ubaldo Visconti e i suoi alleati di tutti i beni e le terre che possiedono in città per obbligarli ad abbandonare la Sardegna>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 26rv, ep. 119. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n. 43.

R e g e s t i : SCANO, I, LXVIII, pp. 47-48; PRESSUTTI, I, 1672, p. 278.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43, 44-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*In eundem modum scriptum est super hoc consulibus
et populo Pisanis¹.*

44. ¹ Cfr. nota 2 del doc. precedente.

45

1218, novembre 10, Laterano

<Onorio III> chiede ai Milanesi che aiutino il giudice di Torres <Mariano> nella guerra che si accinge a combattere contro Ubaldo e Lamberto <Visconti> che hanno invaso la Sardegna, che come è noto è di proprietà della Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 26r, ep. 117. Sul lato esterno di 26r è riportato l'indirizzo; sullo stesso lato, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: *CXVII*. In calce a R vi è l'attestazione dell'invio di un doc. dello stesso tono ai Genovesi: «*In eundem modum scriptum est universis Christifidelibus per Ianuensem provinciam constitutis*».

E d i z i o n i : *Bullarium Romanum*, III, doc. XXVII, p. 345; CDS, I, sec. XIII, doc. XLII, p. 334; HOROY, III, XXXVII, coll. 15-16.

R e g e s t i : SCANO, I, LXIX, p. 48; POTTHAST, I, 5917, p. 519; PRESSUTTI, I, 1674, pp. 278-279.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35-37*, 40, 43, 44, 46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Universis Christifidelibus per Mediolanensem provinciam
constitutis*

Cum Ecclesiarum omnium iura ex iniuncto nobis officio defendere teneamur, graves et intolerabiles Ecclesie Romane iniurias dissimulare, salva conscientia, non valemus. Hinc est quod ad vestram cogimur perferre notitiam quod Ubaldus et Lambertus¹ frater eius, cives Pisani, cum quibusdam complicitibus suis terram Sardinie que iuris et proprietatis apostolice Sedis existit, Dei timore postposito, invadentes partem occupaverunt ipsius et ad aliam occupandam anhelant in gravem Ecclesie Romane iniuriam et contemptum, nec eos ab iniquitate huiusmodi

45. ¹ Ubaldo e Lamberto di Eldizio Visconti, il II è giudice di Gallura (1206-1224 ca.).

aliquatenus revocare potuimus, licet multis monitionibus benigne institerimus apud eos. Unde, ipsorum exigente contumacia, in eos et fautores eorum coacti sumus excommunicationis sententiam promulgare. Quia vero nec sic ab ipsius terre impugnatione desistunt, vestrum et aliorum fidelium qui vicini dicte terre consistunt ad defendendam Ecclesie iustitiam cogimur implorare.

Monemus igitur universitatem vestram et obsecramus in Domino per apostolica vobis scripta mandantes et iniungentes in vestrorum remedium peccatorum, quatinus Romane Ecclesie matri vestre in hac sua causa propria sicut devotionis filii viriliter assistentes, dilecto filio nobili viro Mariano, iudici Turritano², qui cum aliis quos ad eius excitamus auxilium magnifice se accingit^a ad predictorum excommunicatorum violentiam repellendam, bellatorum succursum in instanti martio terras mittatis, ut defendentes iura beati Petri regni celorum clavigeri eum in districto iudicio invenire propitium merito debeatis. Nos autem de Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus^b qui cum devotione ad prefatam Ecclesie terram defendendam accesserint quartam partem de iniunctis sibi penitentiis relaxamus.

Datum Laterani, .IIII. Idus Novembris, pontificatus nostri anno tertio.

45. ^a *In R* ancigit ^b *bus in interlinea*

² Cfr. Appendice II.

46

1218, novembre 10, Laterano

Universis Christifidelibus per Ianuensem provinciam constitutis

<Onorio III> chiede ai Genovesi che aiutino il giudice di Torres <Mariano> nella guerra che si accinge a combattere contro Ubaldo e Lamberto <Visconti> che hanno invaso la Sardegna, che come è noto è di proprietà della Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 26r, ep. 117. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 45.

E d i z i o n i : *Bullarium Romanum*, III, doc. XXVII, p. 345; CDS, I, sec. XIII, doc. XLII, p. 334; HOROY, III, XXXVII, coll. 15-16.

R e g e s t i : SCANO, I, LXIX, p. 48; POTTHAST, I, 5917, p. 519; PRESSUTTI, I, 1674, pp. 278-279.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-45, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

In eundem modum scriptum est universis Christifidelibus per Ianuensem provinciam constitutis.

47*

<post 1218, marzo 27 – ante 1219, luglio 10>

<Il capitolo arcivescovile cagliaritano, avendo scelto come proprio nuovo arcivescovo il titolare della diocesi di Sulci, Mariano, scrive a Onorio III postulando che il presule venga sciolto dal vincolo con la Chiesa sulcitana per essere nominato arcivescovo di Cagliari.>

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n° 50, dove Onorio scrive che la richiesta di scioglimento dal vincolo gli proveniva da «eiusdem capituli [...] litteras». Il *post quem* si ricava dal doc. 31.

48*

<post 1218, marzo 27 – ante 1219, luglio 10>

<Il cappellano del papa e legato pontificio, Rolando, l'arcivescovo di Torres e l'abate di Saccargia scrivono a Onorio III informandolo che i capitolari di Cagliari hanno scelto come loro nuovo presule il vescovo di Sulci Mariano, per il quale postulano lo scioglimento dal vincolo con la Chiesa sulcitana>.

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n° 50, dove Onorio scrive che la richiesta di scioglimento dal vincolo gli proveniva da «vestras [dei tre destinatari] [...] litteras». Il *post quem* si ricava dal doc. 31.

49*

<post 1218, marzo 27 – ante 1219, luglio 10>

<Informatori affidabili scrivono a Onorio III riferendogli che i capitolari di Cagliari hanno scelto come loro nuovo presule il vescovo di Sulci Mariano, per il quale postulano lo scioglimento dal vincolo con la Chiesa sulcitana>.

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n° 50, dove Onorio scrive ai tre destinatari che la richiesta di scioglimento dal vincolo gli proviene anche da «quasdam alias [...] litteras». Il *post quem* si ricava dal doc. 31.

1^a missione dalla Sardegna alla Sede apostolica

<post 1218, marzo 27 – ante 1219, luglio 10>

<Il canonico D. e il chierico G. della sede arcivescovile di Cagliari si recano presso la Sede apostolica per spiegare i motivi che hanno portato il capitolo a scegliere il vescovo di Sulci Mariano come nuovo arcivescovo della sede cagliaritano e a postulare lo scioglimento dal vincolo che lo lega alla sede sulcitana>.

La realizzazione di questa missione è ricavabile dal n° 50 dove Onorio scrive che il canonico e il chierico avevano esposto i motivi del capitolo «in nostra presentia». Il *post quem* si ricava dal doc. 31.

50

1219, luglio 10, Rieti

Onorio III scrive all'arcivescovo di Torres, a Rolando suo cappellano e legato apostolico e all'abate di Saccargia, comunicando loro di aver ricevuto le loro lettere, quelle del capitolo cagliaritano e altre con le quali si postula il trasferimento alla sede arcivescovile cagliaritana del vescovo <Mariano> di Sulci. Il pontefice, non essendo riuscito a prendere una decisione in merito, pur avendo ricevuto una delegazione di quel capitolo, incarica gli stessi destinatari di deliberare.

C o p i a s e m p l i c e [B]: BUCa, S.P. bis 4.7, f. 30r. Il documento è datato secondo lo stile pisano. In calce alla lettera, di altra mano e altro inchiostro, la formula di concessione del pallio arcivescovile: «Ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini pape Honorii et Romane Ecclesie sibi commisse, tradimus tibi palleum de corpore beati Petri sumptum plenitudinem scilicet pontificalis officii ut utaris eo infra Ecclesiam tuam certis diebus qui exprimuntur in privilegiis ab apostolica Sede tibi concessis».

E d i z i o n i : MARTINI, *Storia ecclesiastica*, I, pp. 302-303 con data errata al 1220; *CDS*, I/2, Appendice, doc. V, p. 881, che lo riprende da Martini senza correggere la data.

Cfr. Docc. 31, 47*-49* e 1^a missione dalla Sardegna alla Sede apostolica.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri .
 . Turritano archiepiscopo, et dilectis filiis Rolando subdiacono

et cappellano nostro, apostolice sedis legato, et . . . abbati de Sacrarario¹. Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilecti filii Caralitani capituli^a bone memorie .<Ricco>. eorum archiepiscopo rebus humanis exempto in venerabilem fratrem nostrum .<Marianum>. Sultiensem episcopum ipsorum Ecclesie suffraganeum postulandum a nobis contulissent unanimiter vota sua, sicut per vestras et eiusdem capituli ac quasdam alias litteras nobis innotuit; et dilecti filii .D. Calaritanus canonicus, et magister .G. clericus procuratores² predicti capituli exponere in nostra presentia curaverunt, nec nobis potuerit de meritis postulationis capituli prefati constare, discretioni vestre per apostolica mandamus, quatenus ad Caralitanam ecclesiam personaliter accedentes, et super postulatione inquirentes eadem que videritis inquirenda, illam si concordem eam inveneritis et canonicam admittatis, eumdem absoluturi episcopum a vinculo quo ecclesie Sultiensi tenetur et daturi sibi licentiam ad predictam ecclesiam calaritanam transeundi. Alioquin, postulatione predicta repulsa, curetis, auctoritate nostra, eidem Ecclesie sive de eodem episcopo, sive de alio ad regimen eius idoneo per electionem vel postulationem que concordem sint et canonicè providere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Reate, .VI. Idus Iulii, pontificatus nostri anno tertio^b, anno vero Domini M.CC.XX.

50. ^a *In B Caralitanum capitulum* ^b «pontificatus...tertio» *manca in Martini*

50. ¹ Non si conoscono i nomi dell'arcivescovo e dell'abate. Cfr. anche Appendice I.

² Non si conoscono altrimenti i due personaggi citati.

51*

<circa 1218, novembre – ante 1220, aprile 9>

<Onorio III incita Mariano II giudice di Torres ad intraprendere una guerra contro i fratelli Lamberto e Ubaldo Visconti, per difendere la giudicessa di Cagliari Benedetta di Massa>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 60, dove Onorio afferma di aver «sepe» dato mandato a Mariano di opporsi «eidem Lamberto ac fratri eius». In realtà l'espressione «sepe» indica l'esistenza di più documenti, che però non si è in grado di quantificare. Il *post quem* è dato dal contemporaneo invio di lettere di Onorio ai cittadini di Milano e Genova affinché aiutino Mariano nella guerra che si accinge a combattere (docc. 45 e 46) l'*ante quem* dallo stesso doc. 60.

52*

<circa 1220, febbraio 28>

<Onorio III scrive a Bartolomeo, cappellano pontificio e legato pontificio in Sardegna affinché esorti tutti i fedeli a partecipare in ogni modo possibile alla spedizione crociata in Terrasanta, ora che è stata conquistata Damietta>.

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n° 53, dove Onorio, scrivendo ai fedeli dell'isola afferma: «iniunximus autem dilecto filio Bartholomeo, capellano nostro apostolice sedis legato, ut per se ac per alios viros ydoneos vos ad id sedulo exortetur quos velut Christi precones curetis audire benigne ac efficaciter exaudire».

53

1220, febbraio 28, Viterbo

Onorio III comunica a tutti i fedeli della Sardegna l'avvenuta presa di Damietta da parte dell'esercito cristiano ed esorta

tutti a partecipare alla Crociata promettendo la remissione dei peccati.

C o p i a s e m p l i c e [B]: BUCa, S.P. 6 bis 4.7, cc. 18r-19r.

E d i z i o n i : Pierre de Blois, *Epistulae*, coll. 479-481, con data 1219; indirizzata ai fedeli della diocesi di Tours.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 52*, 61, 68, 69, 74-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

<H>onorius episcopus servus servorum Dei. Universis Christifidelibus per Sardiniam constitutis. Salutem et apostolicam benedictionem.

Exultet in Domino suorum turba fidelium et in vocem benedictionis gratiarum et laudis letabunda prorumpens cum apostolo dicat: Benedictus Deus et pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis qui nos in omni tribulatione nostra misericorditer consolatur¹. Nimis quidem natus est sibi soli, nimis intentus est propriis, nimis negligit communem causam populi christiani qui diebus istis in mentis angustia et tribulationis non fuit, cum sciret christianum exercitum civitatem Damiate magnam et munitissimam obsidisse in ipso quasi medio paganismi ubi a fidelibus aliis tanto terrarum et maris intervallo divisus et ab infidelibus ex omni fere parte circundatur, ne tam obsidionis dici poterat quam obsesus. Cuius vestrum animum ad dubium non pendebat et pavebat eventum non tam pro singulorum salute sollicitus quam pro universo exercitu spe ac timore alternante suspensus?, immo qui ipsius cum obliviscebatur exercitus quis eius recordabatur periculi pensans sub quanto staret discrimine quamve tenui filo penderet honor totius populi christiani? Profecto in eo erat statu res posita, ut idem exercitum de viribus suis iam omnino diffident et memor magnalium que divina potentia pro fidelibus suis facere consuevit de ipsius sola miseratione spera-

53. ¹ 2Corinzi 1,3-4.

ret unde ipse quando sua spectantes misericordia non delinquit qui prope est omnibus in veritate invocantibus nomen eius qui suos in tribulatione dilatat, ut cum se consumptos putavererint velut Lucifer oriantur ecce in eorum manibus tam mirabiliter quam misericorditer antedictam tradidit civitatem non solum thesauris sed etiam victualibus longe plus spe ac opinione repletam; et ut huius rei gloriam evidenter nomini suo daret, nullus christianorum in eius captione interiit aut etiam letale // vulnus excepit; sicut venerabilis fratris nostri .P. Albanensi episcopi apostolice sedis legati² cuius ministerio Deus potissimum uti voluit in hoc facto necnon patriarche regis fratrum hospitalis et templi ac domus theutonicorum Ierosolimitani littere nobis misse liquido manifestant. Et ut manifesto divini favoris letarentur et confortarentur inditio cum timerent ne ipsis civitatem intrantibus circumstans Sarracenorum exercitus castra invaderet eorundem fluvius divino nutu subito adeo inundavit ut inaccessibleia reddidit castra ipsa et manifeste patuerit pro christicolis contra insensatos ipsa elementa pugnabant³ pluribus aliis miraculis ibi factis que longum esset per singula enarrare, psallite igitur Domino nostro, psallite psallite regi nostro, psallite⁴. Psallite quidem sedutique sapienter non elatione tumidi sed humilitate devoti recognoscentes prudenter et humiliter confitentes quod non manus humana sed Dominus fecit hec omnia, ut qui gloriatur in Domino gloriatur⁵ eique laudes et gratias factis per singula oportuna loca processionibus celebriter exsolventes porro cum Dominus fecerit nobiscum signum in bonum cum tantum nobis hostium aperuerit numquid deerimus gratie suam nobis dexteram porrigentis, qui memor improperiorum suorum que fiunt a Sarracenis insipientibus tota die exurgens iudicare cepit nostris temporibus causam suam et inimicos suos

² Pelagio di S.Albano, legato pontificio per la spedizione militare della V crociata, cfr. POWELL, *Anatomy*, passim.

³ Richiama Sapienza 5,4.

⁴ Richiama Salmi 146,7.

⁵ 2Corinzi 10,17.

terribiliter dissipare. Nunc certe nec tempus est de sompno torporis exurgere⁶ nec necesse est athletic nostris existentibus ibi succurrere festinanter et ydolatri a Dei facie fugentibus toto conatu totis viribus toto posse rerum et personarum instare dum recenti adhuc vulnere trepidant dum ex captione civitatis predicte quod caput et robur Egipti fuerat consternati nullum si locum contra christianorum immo contra Christi potentiam tutum putant. Denique numquam subvectione amplius indiguit exercitus christianus cum nequaquam sufficiant et predictam incolere civitatem et procedere ad alias expugnandas si non quibus cum illa teneri a christianis non possit non restat nisi aut eam cum tantam gloriam conquistam ignominiose deserere aut circumstantes expugnare viriliter in christiano nomini divino preeunte auxilio feliciter subiugare. // Nos quidem futuris preterita coaptantes illa videmur tempora intueri quibus Machabei sancta sua profugatis gentibus cum magna populi sui letitia restaurare⁷ et de divine pietatis habundantia confidentes speramus quo modernis temporibus hec in populo christiano debeat letitia innovari. Monemus igitur universitatem vestram, rogamus et obsecramus per aspersionem sanguinis Iesu Christi, quatinus accensi huius letitie desiderio ad subvectionem exercitus sepedicti renovatis animis et viribus in tante oportunitatis articulo intendatis. Nos autem factas propter hoc a principio indulgentias innovantes omnibus qui laborem istum in propriis personis subierint et expensis ac eis nichilominus qui non in personis propriis illuc accesserint sed in expensis suis iuxta facultates suas viros ydoneos destinaverint necnon et illi qui licet in alienis expensis in propriis tamen personis accesserint plenam suorum peccatorum de quibus fuerint corde contriti et ore confessi veniam indulgemus et in retributione iustorum eterni premii pollicemur augmentum, huius quod remissionis volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum omnes qui ad subvectionem predicti

⁶ Richiama Romani 13,11.

⁷ Richiama I Maccabei, 2.

negotii de bonis suis congrue ministrabunt aut inpendent consilium vel auxilium oportunum iniunximus autem dilecto filio Bartholomeo, capellano nostro apostolice sedis legato⁸, ut per se ac per alios viros ydoneos vos ad id sedulo exortetur quos velut Christi precones curetis audire benigne ac efficaciter exaudire.

Datum Viterbii .III. Kalendas Martii, pontificatus nostri anno quarto.

54*

<ante 1220, aprile 9>

<Benedetta di Massa giudicessa di Cagliari scrive a Onorio III per informarlo che è stata costretta a sposare Lamberto Visconti contro la propria volontà e nonostante la consanguineità che intercorre fra loro e chiede lo scioglimento dal matrimonio>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 58, dove il pontefice, scrive al vescovo di Luni e al canonico pisano Gallo per incaricarli di provvedere allo scioglimento del matrimonio considerato illecito e affermando che è stata la stessa Benedetta con una «sua [...] petitione» ad informarlo.

55*

<ante 1220, aprile 9>

<Rappresentanti del Comune di Pisa scrivono ad Onorio III informandolo che Ubaldo Visconti quando era podestà della città aveva contratto debiti a nome del Comune stesso, per finanziare la spedizione in Sardegna, ora i creditori esigono i

53. ⁸ Prima attestazione di questo legato pontificio, anch'egli nominato in vece dell'arcivescovo di Pisa, che pur mantenendo la titolarità della carica non la esercitò. Bartolomeo sarebbe stato legato in Sardegna sino al settembre dell'anno successivo, cfr. doc. 102.

rimborsi dal Comune che chiede al pontefice di essere esentato dal pagamento>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 59, dove lo stesso pontefice nell'incaricare il vescovo di Firenze di impedire l'indebita riscossione dei crediti a danno del Comune scrive che era stato informato «ex parte communitatis Pisane».

56*

<ante 1220, aprile 9>

<Informatori attendibili riferiscono ad Onorio III che tra Adelasia, figlia di Mariano II giudice di Torres, e Ubaldo, figlio di Lamberto giudice di Gallura, è stato stipulato un patto matrimoniale nonostante la minorità della giovane>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 60.

57*

<ante 1220, aprile 9>

<Informatori attendibili riferiscono ad Onorio III che l'arcivescovo di Arborea Bernardo ha aiutato Lamberto e Ubaldo Visconti, scomunicati dalla Sede apostolica, a vendere indebitamente territori del giudicato d'Arborea che loro avevano occupato>.

L'esistenza di questa informativa è ricavabile dalla lettura del n° 61 dove Onorio III si mostra perfettamente a conoscenza dei fatti, nonché dal n° 85.

58

1220, aprile 9, Viterbo

<Onorio III>, informato da Benedetta di Massa che ella è stata costretta a sposare Lamberto <Visconti> contro la propria volontà e nonostante la consanguineità che intercorre fra loro, ordina a <Marsuchino>, vescovo di Luni, e a Gallo, canonico di Pisa, di dichiarare nullo il matrimonio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 168v-169r, ep. 686. Sul lato esterno di 168v, all'altezza della prima riga del documento la cifra: *DCLXXXVI*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2386, p. 396; SCANO, I, LXXII, pp. 49-50.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 54*, 59-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Marsuchino>. *episcopo Lunensi¹ et Gallo canonico Pisano*

Dilecta in Christo filia nobilis mulier donnicella Benedicta sua nobis petitione monstravit quod Lambertus civis Pisanus^{2a}, ob graves iniurias Ecclesie Romane illatas vinculo excommunicationis astrictus, eam reclamantem penitus et invitam ac diu arce custodie mancipatam desponsare presumpsit, quamquam idem Lambertus eius filiam de sacro fonte susceperit et etiam uxorem³ habuerit que in primo // genere ac secundo gradu affinitatis dictam nobilem contingebat; unde nobis humiliter supplicavit ut, cum propter impedimenta huiusmodi esse non possit matrimonium inter eos nec ipsa cuiquam velit aut de-

58. ^a *In R Pasanus*

58. ¹ Marsuchino, vescovo di Luni (1212-1221): EUBEL, I, p. 317.

² Lamberto di Eldizio Visconti, giudice di Gallura (1206-1224 ca.), cfr. Appendice II.

³ Elena di Gallura, che sposò nel 1206: cfr. Appendice II.

beat sine licentia nostra matrimonialiter copulari, quod idem Lambertus super hoc violenter ac illicite attemptavit, revocare in irritum dignaremur.

Nos igitur huiusmodi sponsalia prorsus irrita decernentes, per apostolica vobis scripta mandamus quatinus ea nulla sub apostolica obedientia publice nuntietis.

Datum Viterbii, .V. Idus Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

59

<1220, aprile 9, Viterbo>

<Onorio III>, informato dal Comune di Pisa che Ubaldo <Visconti> quando era podestà della città aveva contratto debiti a nome e ad insaputa del Comune stesso, per finanziare la spedizione in Sardegna, ordina al vescovo di Firenze <Giovanni> di impedire la riscossione di tali debiti a danno del Comune, a meno di uno speciale mandato pontificio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 169r, ep. 687. Sul lato interno di 169r, di inchiostro diverso, all'altezza della prima riga del documento la cifra: *DCLXXXVII*. Per la datazione cfr. doc. 58.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2387, p. 396; SCANO, I, LXXIII, p. 50.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 55*, 58, 60, 61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Iohanni>. *episcopo Florentino*¹

Ex parte communitatis Pisane fuit propositum coram nobis quod Hubaldus, civis Pisanus² olim in civitatis eorum regimi-

59. ¹ Giovanni, vescovo di Firenze (1205-1231): EUBEL, I, p. 250.

² Ubaldo di Eldizio Visconti, podestà di Pisa tra il 1215 e il 1218: CECCARELLI, *I Podestà*.

ne constitutus, debita gravia nomine comunitatis eiusdem, ea ignorante, contraxit, occasione dumtaxat expeditionis quam presumpsit facere in Sardiniam contra inhibitionem et excommunicationem apostolice Sedis, in cuius gravem iniuriam et contemptum id noscitur attemptasse, quare nobis humiliter supplicavit communitas supradicta ut, cum ab ea debita huiusmodi requirantur, super hoc ei paterna providere sollicitudine dignaremur.

Cum ergo dignum sit ut in ipsum Ubaldum recumbat onus huiusmodi debitorum, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus comunitatem eandem super hoc gravari aliquatenus non permittas, presertim quamdiu aliquid inveniretur in bonis ipsius Ubaldi unde possit creditoribus satisfactio exhiberi. Cumque diverse littere super hoc contra communitatem ipsam dicantur a Sede apostolica emanasse, inhibeas illos ad quos littere sunt obtente, vel de cetero contigerit obtineri, ne illarum auctoritate procedant absque nostro speciali mandato faciente plenam de tenore presentium mentionem.

Datum *ut supra*.

60

<1220, aprile 9, Viterbo>

<Onorio III>, informato che tra <Adelasia> figlia del giudice di Torres <Mariano II> e <Ubaldo> figlio di Lamberto <Visconti> è stato stipulato un patto matrimoniale nonostante la minorità della giovane, ordina a Bartolomeo, cappellano apostolico e legato pontificio, di proibire a <Mariano> l'esecuzione del matrimonio o di ordinargli di richiamare a sé la figlia, sotto pena di scomunica, e anzi lo convinca a muoversi in aiuto di Benedetta di Massa, contro lo stesso Lamberto e il fratello.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 169r, ep. 688. Sul lato interno di 169r, di inchiostro diverso, all'altezza della prima riga del documento la cifra: *DCLXXXVIII*. Per la datazione cfr. doc. 58.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2388, p. 396; SCANO, I, LXXI, p. 49.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 51*, 56*, 58, 59, 61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Bartholomeo capellano nostro, apostolice Sedis legato*¹

Cum inter filiam nobilis viri .<Mariani>. iudicis Turritani et .<Ubaldu>. filium Lamberti civis Pisani² infra etatem legitimam sponsalia facta dicantur in apostolice Sedis iniuriam et totius Sardinie detrimentum, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus sub debito fidelitatis et pena excommunicationis inhi-beas³ iudici memorato ne pefatam filiam suam tradere filio dicti Lamberti presumat, quia id non possemus aliquatenus sustinere. Quin immo si forte iam tradidit, ipsum ad eam revocandam ecclesiastica distric-tione compellens eundem moneas diligentius et inducas ut, sicut ei iam sepe mandavimus, eidem Lamberto ac fratri eius et complicibus suis se opponens viriliter et constanter dilecte in Christo filie nobili mulieri donnicelle Benedicte efficaciter impendat auxilium contra eos, memor quod sua res agitur paries cum proximus ardet³.

Datum *ut supra*.

60. ^a *In R* inhi-beat

60. ¹ Cfr. doc. 53, nota 10.

² Adelasia, futura giudicessa di Torres tra il 1235 e il 1259; Mariano giudice di Torres (1218-1232); Ubaldo di Lamberto Visconti futuro giudice di Gallura e Torres (1224 ca-1238); Lamberto di Eldizio Visconti, giudice di Gallura (1206-1224 ca); cfr. anche Appendice II.

³ «sua res...ardet»: Quinto Orazio Flacco, *Epistulae*, I, 84, v. 84.

61

1220, aprile 10, Viterbo

<Onorio III> rimprovera l'arcivescovo di Arborea per aver aiutato i Pisani Lamberto e Ubaldo <Visconti>, scomunicati dalla Sede apostolica, a vendere territori del giudicato di Arborea che avevano occupato indebitamente e che il defunto giudice di Torres e Arborea, <Comita>, aveva destinato a sussidio per la Terrasanta. Il pontefice ordina al presule di consegnare agli abati di S. Paolo a Ripa d'Arno e di S. Michele degli Scalzi a Pisa i cinquantacinque mila bisanti della vendita che lui conservava per conto dei due scomunicati e altri tre mila bisanti che gli aveva affidato il defunto Barisone <II> d'Arborea, nonché di recarsi immediatamente presso la Sede apostolica per rispondere del proprio comportamento.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, f. 168v, ep. 685. Sul lato esterno di 168v, di inchiostro diverso, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: *DCLXXXVIII*.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXIV, pp. 50-51.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2391, pp. 396-397.

Cfr. docc. 4, 10, 12, 14, 20, 22, 26, 35, 36, 40, 43-46, 53, 57*-60, 68-70, 74-83, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 106-110, 113-120, 127, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 a, b.

.<Bernardo>. *archiepiscopo Arborensi*¹

Per similes tibi ecclesiastica censura contempnitur et ipsum nomen Domini blasphematur², qui ut ad presens alia tua flagitia taceamus, Ubaldo^a et Lamberto³, excommunicationis vinculo

61.^a *In R* Ubado

61.¹ Cfr. Appendice I.

² «ipsum nomen Domini blasphematur»: richiama Isaia 37,17; e soprattutto Apocalisse 13,6.

³ Ubaldo e Lamberto di Eldizio Visconti, quest'ultimo giudice di Gallura (1206-1224 ca), cfr. Appendice II.

innodatis, in apostolice Sedis iniuriam communicare presumens et favorem et auxilium exhibere machinari non metuis, ut de facto cum de iure non possint, vendant terram iudicatus Arboree quam nequiter occuparunt, ac recipiant pro illa pecuniam quam clare memorie .<Comita>. iudex Turritanus⁴ Terre sancte subsidio deputavit; parum habens Ecclesiam Romanam offendere nisi adicias ipsum etiam Iesum Christum supradicta pecunia defraudare, ad velamen huius malitie machinando ut dicti excommunicati proficiscantur in Terre Sancte succursum dictam pecuniam portaturi, quasi fideiores inveniri non possint quibus eadem committatur. Cum igitur pecuniam ipsam, videlicet quinquaginta quinque milia bizantium seu valentiam, recepisse noscaris, presentium tibi auctoritate in virtute obedientie sub pena officii et beneficii ac excommunicationis districte precipiendo mandamus quatinus tam pecuniam ipsam quam tria milia^b bizantium, que quondam iudex Parasonus⁵ penes te deposuisse dinoscitur, dilectis filiis . . Sancti Pauli de Ripa Arni et . . Sancti Michaelis Discalciatorum abbatibus nomine nostro non differas assignare conservandam ab ipsis donec de illa convertenda in Terre sancte subsidium disponamus, ac dilatione ac excusatione cessantibus nostro te conspectui representes, satisfactorius de eo quod excommunicatis predictis favorem et auxilium in apostolice Sedis iniuriam impendisti.

Datum Viterbii, .IIII. Idus Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

^b *In R milita*

⁴ Comita di Torres, cfr. Appendice II.

⁵ Barisone II d'Arborea e Cagliari: cfr. Appendice II.

62*

<ante 1220, luglio 18>

<Il vescovo di Dolia, dicendosi incapace a reggere degnamente la diocesi per le malattie dell'età avanzata, chiede a Onorio III la licenza dall'ufficio>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 63, dove lo stesso Onorio III, nell'incaricare il legato apostolico Bartolomeo della risoluzione del caso afferma che il vescovo di Dolia lo aveva informato con «suis [...] litteris».

63

1220, luglio 18, Orvieto

<Onorio III>, poiché il vescovo di Dolia lo ha informato della propria incapacità a reggere degnamente la diocesi per le malattie dell'età avanzata, incarica B<artolomeo>, legato pontificio, di verificare le condizioni di salute del presule e, nel caso, di concedergli la licenza dall'ufficio, provvedendo a guidare il capitolo nella scelta di un nuovo vescovo.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 10*, ff. 205rv, ep. 832. Sul lato esterno di 205r, di inchiostro diverso, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: *DCCCXXXII*.

E d i z i o n i : HOROY, III, CLXXXI, col. 479.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2561, p. 423; SCANO, I, LXXV, pp. 51-52.

Cfr. doc. 62*.

.B<artholomeo>. *capellano nostro, apostolice Sedis legato*

Venerabilis frater noster .C. Doliensis episcopus¹ suis nobis

63. ¹ Guantino Pizzolo, cfr. Appendice I.

litteris intimavit ad illum se, propter infirmitates continuas et etate in ipso iam senescente, pervenisse defectum quod nedum predicationis verbo prodesse non possit sed vix legere valeat vel videre scripturas, cum lingue sit et oculorum fere prorsus officio destitutus; unde idem cum instantia postulavit a nobis ut, cum penitus sit inutilis ad exercendum officium pastorale absolvere, ipsum a commissa sibi sollicitudine dignemur, // ne, cum locum suum infructuose iam occupet, lugeat sub umbra nominis sui casum continuum Ecclesie Doliensi et episcopalem ibi haberi contemptui dignitatem seque urgente deorsum conditione corporea casso labore perfrigi, qui si a fastigio pontificali descendat in quo prodesse non potest in humiliori statu se reducturus est, sibi et hiis que propriam saltem salutem provehunt libere vacaturus.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si tibi constiterit ita esse ac dictus episcopus huiusmodi supplicationi duxerit insistendum, tu ei cedendi licentiam auctoritate nostra concedas et libera eius cessione recepta capitulo Ecclesie Doliensis iniungas, ut per canonicam electionem sibi provideant de persona ydonea in pastorem.

Datum apud Urbemveterem, .XV. Kalendas Augusti, anno quarto.

64*

<ante 1220, agosto 18>

<Mariano, arcivescovo di Cagliari, scrive a Onorio III chiedendo il permesso al pontefice di poter consacrare i suoi suffraganei nonostante l'interdetto che grava sulla sua provincia ecclesiastica>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 65, dove Onorio, nel concedere il permesso all'arcivescovo, afferma di *piegarsi* alle sue «precibus».

65

1220, agosto 18, Orvieto

<Onorio III> concede all'arcivescovo di Cagliari il permesso di consacrare i suoi suffraganei nonostante l'interdetto che grava sulla sua provincia ecclesiastica, purché non in presenza di scomunicati o di interdetti.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 10v ep. 41. Sul lato esterno di 10v, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: *XLI*.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXVI, p. 52.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2622, p. 435.

Cfr. doc. 64* e Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Mariano>. *archiepiscopo Calaritano*¹

Fraternitatis tue precibus inclinati, suffraganeos tuos, non obstante interdicto ecclesiastico cui nunc provincia tua subest, privatim, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, in tua Ecclesia, more debito, consecrandi liberam tibi auctoritate presentium licentiam indulgemus.

Datum apud Urbemveterem, .XV. Kalendas Septembris, anno quinto.

66*

<ante 1220, settembre 1>

<Bartolomeo scrive a Onorio III riferendo di essere stato ben accolto come legato pontificio dagli ecclesiastici dell'isola, ma di aver incontrato resistenze nella riscossione della vigesima per la Terrasanta da parte delle chiese e monasteri cassinesi. Chiede come comportarsi rispetto ad alcune sedi episcopali vacanti da tempo e ad un'eventuale cancellazione dell'interdetto che grava sulla provincia ecclesiastica arborense, essendo stato

65. ¹ Cfr. Appendice I.

informato di trattative di pace tra il giudice di Torres Mariano e i fratelli Ubaldo e Lamberto Visconti>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dai nn. 68 e 69, dove lo stesso pontefice, nello scrivere agli arcivescovi e vescovi dell'isola e a Bartolomeo stesso afferma di aver ricevuto la lettera del legato.

67*

<ante 1220, settembre 12>

<Bernardo, arcivescovo di Arborea, infermo a Pisa, invia a Onorio III una lettera tramite un nunzio, chiedendo di essere liberato dalla scomunica impartitagli per aver aiutato Ubaldo Visconti e altri Pisani che avevano invaso la Sardegna>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 70: Onorio, nell'incaricare l'abate di S. Paolo a Ripa d'Arno e un non meglio specificato canonico pisano di verificare dell'effettivo stato di salute dell'arcivescovo, afferma di essere stato informato da una sua lettera. Cfr. anche doc. 85.

68

1220, settembre 1, Orvieto

<Onorio III> scrive agli arcivescovi, ai vescovi e agli abati della Sardegna affinché accolgano degnamente il legato pontificio e ne seguano le disposizioni, inoltre chiede loro di consegnare allo stesso legato la vigesima per la Terrasanta.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, ff. 17rv, ep. 83. Sul lato interno di 17r, all'altezza della settima riga del documento, la cifra: *LXXXIII*; sul lato esterno, quasi totalmente rifilate, si colgono alcune lettere dell'indirizzo.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2644, p. 442.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 66*, 69, 74-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*Archiepiscopis et episcopis¹ et abbatibus
per Sardiniam constitutis*

Plenum devotionis affectum quem geritis ad nos et Romanam Ecclesiam exposuit nobis dilectus filius .B<artholomeus>. capellanus noster, apostolice Sedis legatus², suisque nobis literis intimavit se a vobis^a honeste receptum et haberi pro consideratione nostra reverentie ac honori pro quo dignis vos in Domino laudibus commendamus devotionem vestram, auctore Domino, affectibus prosecuturi sinceris, ut repleti benedictionibus apostolicis valeatis, ceterum devotionem vestram moneamus, rogamus et hortamur attentius per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus vos de die in diem exhibentes Ecclesie Romane devotos, legatum ipsum honori habeatis et humiliter intendatis eidem, quod etsi omnibus teneamur qui diversis devotionis gradibus Ecclesie Romane gratiam promerentur, illorum tamen // affectionem preferimus qui eam in suis devote recipiunt ac honorant et reverentur in illis quos de latere suo dirigit ipsos in partem sue sollicitudinis assumendo.

Cum autem ad vicesime solutionem lata in generali concilio³ excommunicationis sententia vos coharcet, universitati vestre consulimus auctoritate presentium districtius iniungentes, ut prefato legato nostro, qui adhuc estis, vicesimam vel aliquid soluturi de ipsa integre persolvatis.

Datum apud Urbemveterem, Kalendas Septembris, anno quinto.

68. ^a *In R* nobis

68. ¹ Cfr. Appendice I.

² Cfr. doc. 52 nota 1.

³ COD, *Lateranense IV*, const. [71], *Expeditio pro recuperanda Terra sancta*.

69

<1220, settembre 1, Orvieto>

<Onorio III>, ricevuta un'informativa di B<artolomeo>, legato pontificio, gli ordina: di procedere alla riscossione senza diminuzioni della vigesima dai monasteri cassinesi; di concedere, entro un lasso di tempo da lui stesso stabilito, la libera elezione del vescovo in quelle diocesi per le quali, essendone prive da tempo, avrebbe dovuto provvedere la Sede apostolica; di non rimuovere l'interdetto dalla provincia ecclesiastica dell'Arborea, nonostante il legato sia stato informato di un accordo intercorso tra il giudice di Torres, <Mariano>, e Ubaldo <Visconti>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 17v, ep. 84. Sul lato esterno di 17v, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: *LXXXIII*. Sul margine sopravvive la *o* finale di *nostro* dell'indirizzo quasi totalmente rifilato, nonché la cifra *XVI*. Per la datazione cfr. doc. precedente.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXVII, p. 52.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2665, p. 442.

Cfr. docc. 4, 10, 12, 14, 20, 22, 26, 35, 36, 40, 43-46, 53, 58-61, 66*, 68-70, 74-83, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 a, b.

*.B<artholomeo>. capellano nostro apostolice Sedis legato*¹

Receptis benigne litteris tuis et earum diligenter intellecto tenore, per apostolica tibi scripta mandamus quatinus ab ecclesiis Casinensis monasterii exigas sine diminutione vicesimam, liberamque usque ad certum tempus a te prefigendum dimittas electionem Ecclesiis destitutis episcopis, quarum ordinationem, pro eo quod diu viduate fuerunt, ad nos asseris devolutam².

Circa interdictum vero cui provincia subiacet Arboree, ni-

69. ¹ Cfr. doc. 52 nota 1.

² COD, *Lateranense IV*, const. 23, *Quod de ecclesia cathedralis vel regularis ultra tres menses non vacet*.

chil audeas immutare dissimulans quod de compositione inita inter Ubaldum et nobilem virum Turritanum iudicem³ audivisti.

Datum *ut supra*.

70

1220, settembre 12, Orvieto

<Onorio III>, ricevuta una lettera dall'arcivescovo di Arborea <Bernardo>, che ammalato a Pisa non si può recare presso la Sede apostolica ma chiede di essere liberato dalla scomunica impartitagli per aver aiutato Ubaldo <Visconti> e altri Pisani che avevano invaso la Sardegna, incarica l'abate di S. Paolo a Ripa d'Arno e un canonico pisano di verificare dell'effettivo stato di salute del presule ed eventualmente di scioglierlo dalla scomunica, purché si impegni a recarsi presso la Sede apostolica quanto prima.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 21v, ep. 106. Sul lato esterno di 21v, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: CVI; all'altezza della prima riga, una piccola croce.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2696, p. 447.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 67*, 69, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.. abbati Sancti Pauli de ripa Arni et .. archipresbitero Pisano

Cum .<Bernardo>. archiepiscopo Arborensi¹, qui pro eo quod Ubaldo² et aliis Pisanis Sardiniam occupantibus excom-

69. ³ Ubaldo di Eldizio Visconti; Mariano II di Torres (1218-1232), cfr. Appendice II.

70. ¹ Bernardo, cfr. Appendice I.

² Ubaldo di Eldizio Visconti.

municatis a nobis prestitit auxilium et favorem est auctoritate nostra vinculo excommunicationis astrictus, nostris dederimus litteris in mandatis ut nostro se conspectui presentaret, ipse suis nobis litteris intimavit quod in egritudinis lecto iacens tanta infirmitate laborat quod non possit ad nos personaliter laborare, supplicans ut ei faceremus beneficium absolutionis impendi.

Quocirca, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, ad eum personaliter accedentes, si est sicut asserit sic infirmus, recepto ab eo publice iuramento quod mandatis nostris precise parebit, ei iuxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impendatis et iniungatis eidem, nomine prestiti iuramenti, ut quantotius poterit ad presentiam nostram accedat nostris iussionibus pariturus.

Datum apud Urbem Veterem, .II. Idus Septembris, pontificatus nostri anno quinto.

71*

<ante 1220, novembre 16>

<Il vescovo di Castra Raimondo scrive a Onorio III chiedendogli aiuto a causa dell'estrema povertà della propria diocesi>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 73 dove Onorio III, nell'incaricare il legato pontificio Bartolomeo della risoluzione del caso, scrive che era stato lo stesso vescovo a supplicarlo «humiliter».

72*

<ante 1220, novembre 16>

<Mariano II giudice di Torres scrive a Onorio III informandolo della propria intenzione di partire per la crociata in Terrasanta nell'agosto successivo e chiedendogli protezione>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 74, dove Onorio III, nel porre sotto la sua protezione il giudice con suo figlio, la sua fami-

glia e il giudicato afferma di essere stato informato da una lettera dello stesso giudice.

73

1220, novembre 16, Laterano

<Onorio III>, su richiesta del vescovo di Castra che si è lamentato con lui della estrema povertà della diocesi, incarica Bartolomeo, legato pontificio, di verificare le effettive condizioni economiche di quella Chiesa e di provvedere secondo il suo giudizio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, ff. 35v-36r, ep. 176. Sul lato esterno di 35v, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: *CLXXVI*; alla stessa altezza, sul margine, la cifra parzialmente rifilata: <*CL*>*XXX*.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXVIII, pp. 52-53.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2779, p. 461.

Cfr. doc. 71*.

*Bartholomeo capellano nostro, apostolice Sedis legato*¹

Venerabilis frater noster .<Raimundus>. Castrensis episcopus² nobis humiliter supplicavit ut, cum Ecclesia sua tanta pauper//tate laboret quod non potest eam ut convenit ordinare, eius facultates inspici faceremus et secundum eas ipsam Ecclesiam ordinari. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus facultatibus ipsis provida deliberatione pensatis, super ordinatione ipsius Ecclesie statuas quod secundum Deum videris statuendum.

Datum Laterani, .XVI. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno quinto.

73. ¹ Cfr. doc. 52 nota 1.

² Cfr. Appendice I.

74

1220, novembre 17, Laterano

<Onorio III>, informato dal giudice di Torres Mariano <II> della sua decisione di partire per la Terrasanta nell'agosto successivo, pone sotto la propria protezione il giudice con il figlio erede al trono Barisone, nonché il giudicato di Torres e metà del giudicato d'Arborea sui quali regna.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 36r, ep. 177. Sul lato interno di 36r, all'altezza della quarta riga del documento, la cifra: *CLXXVII*; sul margine, all'altezza della prima riga, la cifra: *CLXXXI*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2782, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 72*, 75-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*Nobili viro Mariano, iudici Turritano*¹

Apostolice Sedis benignitas provide pensans merita singulorum hiis abundantiozem gratiam studet impendere, quos habundantius conspicit in divina et sua devotione fervere.

Cum igitur, sicut tuis nobis litteris intimasti, proposueris signum vivifice crucis assumere, ac in instanti augusto in Terre sancte subsidium transfretare, nos devotionem tuam benignius attendentes, personam tuam cum filio tuo Barusono², familia et omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possides sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem iudicatum Turritanum ac medietatem iudicatus Arboree cum pertinentiis suis, sicut ea omnia iuste ac pacifice possides, tibi et legitimis heredibus tuis auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo *et cetera* nostre protectionis, confirmationis et constitutionis infringere. Si quis autem *et cetera*.

74.¹ Cfr. Appendice II.

² Cfr. Appendice II.

Datum Laterani, .XV. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno quinto.

75

1220, novembre 17, Laterano

<Onorio III> ordina al podestà e al popolo di Siena di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice M<ariano II> si appresta a partire per la Terrasanta.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Sul lato esterno di 35v, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: CLXXV. Colui che ha numerato i documenti non si è accorto di aver attribuito la stessa cifra anche al precedente, perciò si è deciso di indicare il presente come bis. Sul margine la cifra parzialmente rifulata: <CL>XXVIII. In calce a R è attestato l'ivio di docc. di uguale tenore ai podestà e popoli di Pistoia, Luni, Lucca, Nizza, Firenze, Marsiglia, nonché all'arcivescovo e ai sudditi di Torres: «In eundem modum scriptum est . . . potestati et populo Pistoriensibus, Lunensibus; Lucanis; Niciensibus; Florentinis; Turritano; Massiliensibus; . . . archiepiscopo Turritano».

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74, 76-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

. . . *potestati et populo Senensibus*

Cum dilectum filium nobilem virum .M<arianum>. iudicem Turritanum¹ tamquam specialem Ecclesie filium habeamus in visceribus caritatis et ad tranquillitatem terre sue ad quam nos decet semper intendere nunc eo sollicitius intendamus quo disposuit in Terre sancte subsidium transfretare, uni-

75. ¹ Cfr. Appendice II.

versitatem vestram attente rogandam duximus et hortandam, per apostolica vobis scripta sub obtentu gratie divine ac nostre ac interminatione anathematis districtius inhibentes, ne terram ipsam, maxime postquam iter arripuerit transfretandi, molestare seu perturbare ullatenus presumatis, quia id non possemus in patientia tollerare.

Datum Laterani, .XV. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno quinto.

76

1220, novembre 17, Laterano

Potestati et populo Pistoriensibus

<Onorio III ordina al podestà e al popolo di Pistoia di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74, 75, 77-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

In eundem modum scriptum est . . . potestati et populo Pistoriensibus

77

1220, novembre 17, Laterano

Potestati et populo Lunensibus

<Onorio III ordina al podestà e al popolo di Luni di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep.

175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-76, 78-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

In eundem modum scriptum est . . potestati et populo [...] Lunensibus

78

1220, novembre 17, Laterano

Potestati et populo Lucanis

<Onorio III ordina al podestà e al popolo di Lucca di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-77, 79-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

In eundem modum scriptum est . . potestati et populo [...] Lucanis

79

1220, novembre 17, Laterano

Potestati et populo Niciensibus

<Onorio III ordina al podestà e al popolo di Nizza di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep.

175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-78, 80-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

In eundem modum scriptum est . . potestati et populo [...] Niciensibus

80

1220, novembre 17, Laterano

Potestati et populo Florentinis

<Onorio III ordina al podestà e al popolo di Firenze di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-79, 81-83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*In eundem modum scriptum est .<Hugoni>. potestati et populo [...] Florentinis*¹

80. ¹ Il podestà dovrebbe essere il pisano Ugo Grotti: VOLPE, *Studi sulle istituzioni*, pp. 360 e 378, anche secondo CECCARELLI, *I Podestà*, ma la notizia è messa in dubbio con validi argomenti da STURMANN, *La «Domus» dei Dodi*, p. 251.

81

1220, novembre 17, Laterano

Populo Turritano

<Onorio III ordina al popolo del giudicato di Torres di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato, ora che il proprio giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-80, 82, 83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

In eundem modum scriptum est [...] populo [...] Turritano^a

82

1220, novembre 17, Laterano

Potestati et populo Massiliensibus

<Onorio III ordina al podestà e al popolo di Marsiglia di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato di Torres, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-81, 83, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

In eundem modum scriptum est . . . potestati et populo [...] Massiliensibus

81. ^a Si è sciolta al singolare l'abbreviazione poiché ovviamente nel giudicato di Torres non vi era podestà e la lettera poteva solo essere diretta genericamente e teoricamente al popolo

83

1220, novembre 17, Laterano

Archiepiscopo Turritano

<Onorio III ordina all'arcivescovo di Torres di non turbare in alcun modo lo stato del giudicato, ora che il giudice Mariano II si appresta a partire per la Terrasanta>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 35v, ep. 175 bis. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al n° 75.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 2781, p. 461.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-82, 91, 106, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*In eundem modum scriptum est [...] .. archiepiscopo
Turritano¹*

84

<1220, seconda metà>

Bartolomeo <legato pontificio> informa Onorio III che, in presenza del vescovo di Bisarcio, ha ricevuto giuramento di fedeltà in favore della Sede apostolica dal conte Bertoldo <da Capraia> – fratello del podestà di Lucca, <Rodolfo>, e marito della sorella di Benedetta <di Massa giudicessa di Cagliari> -; chiede inoltre al pontefice di accogliere benevolmente lo stesso Bertoldo e suo fratello Anselmo, che stanno per recarsi da lui, e di esaudire le loro richieste.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 46r, ep. 237. La *datatio* si inferisce dalla posizione del doc. nel registro.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, Appendice, n° 34, p. LIII.

Cfr. doc. 105. Introduzione, parte II, cap. 2 c.

83.¹ Anonimo, cfr. Appendice I.

Littere ad dominum papam

Beatissimo patri et domino suo, domino Honorio divina providentia summo pontifici, Bartholomeus suorum minimus clericorum commendationem et beatorum oscula pedum. Cum comes Betuldus¹, frater . . potestatis Lucensis², qui in uxorem habet filiam marchionis Kalaritani³, sororem donnicelle Benedicte⁴, probitate ac strenuitate sua in insula Sardinie nobilis sit et potens, ab eo pro Ecclesia Romana fidelitatem petii, qui michi nomine vestro coram . . episcopo Gisarcensi⁵ et aliis clericis et militibus fidelitatis prestitit iuramentum^a. Unde cum dictus comes vassallus vester Ecclesie Romane esse possit fructuosus, supplico sanctitati vestre quatinus ipsum comitem et Anselmum⁶ fratrem eius ad Sedem apostolicam accedentes^b habere dignemini commendatos, ac eos in suis petitionibus benignitate solita exaudire.

85

<1221, marzo 25, Laterano>

<Onorio III> ordina all'arcivescovo di Pisa, <Vitale>, di verificare lo stato di salute dell'arcivescovo di Arborea che si trova a Pisa, affermando di essere malato, e non si reca presso la Sede apostolica, dove è stato convocato dal pontefice. Se il prelado mentisse, <Vitale> dovrà scomunicarlo.

84. ^a *In R* iuramtum ^b *In R* accedentem

84. ¹ Bertoldo da Capraia, fratello di Anselmo, citato sotto.

² Rodolfo da Capraia, cfr. CARDINI, *Rodolfo da Capraia*, pp. 139-142.

³ Una sconosciuta figlia di Guglielmo di Massa della quale questa è l'unica attestazione; su Guglielmo cfr. Appendice II e *Innocenzo III e la Sardegna*.

⁴ Benedetta di Massa, cfr. Appendice II.

⁵ Anonimo vescovo di Bisarcio, cfr. Appendice I.

⁶ Anselmo da Capraia, cfr. CARDINI, *Anselmo da Capraia*, pp. 132-134.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 100v, ep. 500. Sul lato esterno di 100v, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: 500; sul margine, quasi totalmente rifulata, la cifra: <D>III. La data si ricava da un documento del foglio 100r indirizzato all'arcivescovo di Salisburgo e datato: «Laterani, .VIII. Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno quinto».

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXIX, p. 53.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 3208, p. 523.

.<Vitali>. *archiepiscopo Pisano*¹

Cum venerabilem fratrem nostrum .<Bernardum>. Albo-
rensem archiepiscopum² pro multis que dicebantur de ipso
olim ad nostram presentiam vocassemus, idem ad Pisanam
civitatem accedens et per litteras et nuntium talem infirmita-
tem allegans quod ad nos non poterat personaliter laborare, a
nobis indutias quousque ad nos venire valeret post multam in-
stantiam impetravit; sed ipse, nostre benignitatis abusor, apud
civitatem Pisanam moram faciens ad presentiam nostram acce-
dere propria ipsum conscientia remordente formidat, sperans
forte nostram fiduciam sua versutia elusisse; ut igitur si sua
fraudentia mentiatur, fraternitati tue monemus attente per
apostolica tibi scripta firmiter precipiendo mandantes, quati-
nus ipsum ad presentiam nostram venire ab officio pontificali
suspensum per excommunicationis sententiam appellatione re-
mota compellas, quam si contempserit facias eam in civitate tua
sollempniter publicari^a.

Datum *ut supra*.

85. ^a *Corretto su publicare*

85. ¹ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399; cfr. DELL'AMICO, *Tra politica e pastorale*.

² Bernardo di Oristano, cfr. Appendice I.

86

1221, aprile 6

M<ariano> arcivescovo <di Cagliari> giura fedeltà alla Sede apostolica.

C o p i a s e m p l i c e [B] : BUCa, S.P. 6 bis, 4.7, f. 30v. Sul margine esterno la data: «Anno Domini M.CC.XXI. .VIII. Idus Aprilis».

E d i z i o n i : MARTINI, *Storia ecclesiastica*, I, p. 303; *Le liber censuum*, I, p. 416, n° 147, con formula generale: «Iuramentum episcoporum vel abbatum qui a Romano pontifice consecrantur».

Cfr. Introduzione, parte II, cap. 2 c.

Ego .M<arianus>. archiepiscopus ab hac hora in antea fidelis et hoberdiens ero Beato Petro, sancteque apostolice Romane Ecclesie, et domino meo pape Honorio, suisque successoribus canonice intransibus. Non ero in consilio aut in facto ut vitam perdant aut membra, aut capiantur mala captione. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut per nuntios suos sive per litteras, nulli manifestabo ad eorum dampnum me sciente. Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adiutor ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum apostolice Sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adiuvabo. Vocatus ad sinodum, veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina singulis annis visitabo aut per me aut per nuntium meum, nisi apostolica licentia remaneam. Possessiones ad mensam mei episcopatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquomodo alienabo, inconsulto Romano pontifice. Sic Deus me^a adiuvet, et hec Sancta Dei Evangelia.

87

1221, maggio 26, Laterano

<Onorio III> informa i suffraganei e il clero della metropoli arborense che le accuse contro l'arcivescovo di Arborea sono decadute perché nessuno si è presentato a confermarle presso la Sede apostolica, dove lo stesso arcivescovo si trovava convocato dal pontefice; pertanto, gli stessi suffraganei e il clero dovranno riaccogliere il loro presule e ubbidire ai suoi mandati.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 131r, ep. 655. Sul lato esterno di 131r, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: 655; sul margine la cifra: *DLVIII*.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXX, pp. 53-54.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 3398, p. 551.

Suffraganeis Arborensis Ecclesie¹ et universo clero Arborensi

Venerabilem fratrem nostrum .<Bernardum>. Arborensem archiepiscopum², quem ad presentiam nostram evocavimus, nullo apparente adversario contra eum, licet aliquandiu apud Sedem apostolicam expectarit, ad Ecclesiam suam cum gratie nostre plenitudine duximus remittendum; ideoque, universitatem vestram monemus attente per apostolica scripta mandantes quatinus, recipientes eum humiliter et devote, ipsi tamquam menbra capiti obsequi studeatis, ita quod Deo gratum et nobis esse possit acceptum.

Datum Laterani, .VII. Kalendas Iunii, anno quinto^a.

87. ^a anno quinto *sotto* Kalendas Iunii

87. ¹ Cfr. Appendice I.

² Cfr. Appendice I.

88*

<post seconda metà 1220 – ante 1221 giugno>

<Il legato pontificio Bartolomeo scrive dalla Sardegna a Onorio III informandolo: che il giudice di Torres Mariano II non permette di riscuotere il sussidio per la Terrasanta; che l'arcivescovo di Torres ha dei possedimenti dismessi che possono essere meglio utilizzati; che il censo dovuto alla Sede apostolica in molti luoghi non viene pagato da tempo; della presenza di alcuni beni appartenenti a Saraceni nella *villa* di Kyrkidelatis; che l'arcivescovo di Cagliari Mariano e il vescovo di Sulci Bandino aiutano Lamberto Visconti e i suoi uomini che pure sono scomunicati; che il vescovo di Dolia Guantino e il priore di S. Saturno di Cagliari Pietro si stanno recando in Sede apostolica per non meglio specificate questioni>.

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n° 91 dove Onorio III nello scrivere a Bartolomeo afferma esplicitamente: «Benigne a nobis recep-tis litteris tuis...». Circa il *post quem* cfr. doc. 84, scritto dallo stesso Bartolomeo e dove non si accenna a questi argomenti.

89*

<ante 1221, maggio>

<Informatori anonimi riferiscono a Onorio III che, nonostante il divieto del legato pontificio Bartolomeo, l'arcivescovo di Cagliari ha ordinato vescovo di Sulci un canonico pisano, Bandino, scomunicato per essere un fautore di Ubaldo e Lamberto Visconti>.

L'esistenza di questa informativa si deduce dal doc. 90.

90

<1221, ca. maggio – agosto>, Laterano

<Onorio III>, informato che, contro il mandato di Bartolomeo legato pontificio, l'arcivescovo di Cagliari ha ordinato vescovo di Sulci Bandino, un canonico pisano scomunicato per essere fautore di Ubaldo e Lamberto <Visconti>, ordina allo stesso Bartolomeo di dichiarare nulla l'ordinazione e di obbligarne sia l'arcivescovo sia l'ordinato vescovo a recarsi in Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 143r. ep. 715. Sul lato esterno la cifra 715, sul margine: *dccxviii*. Il doc. è senza data, ma deve essere stato prodotto dalla cancelleria entro l'agosto del 1221 dato che i due scomunicati erano stati convocati presso la Sede apostolica a discolparsi entro il 29 settembre (cfr. doc. 91: «prefigendo eis festum S. Michaelis proximo venturum terminum quo ad nostram accedant presentiam, recepturi iuxta suorum exigentiam meritorum») e vengono assolti dalla scomunica entro il 18 ottobre: cfr. doc. 106.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 3507, p. 570, senza data.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 89*, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

Bartholomeo capellano nostro, apostolice Sedis legato

Sicut ad audientiam nostram multorum relatione peruenit, Calaritanus archiepiscopus Ubaldo et Lamberto, fratri eius, civibus Pisanis adherere contra Sedem apostolicam non formidans et suam cum excommunicatis ponere portionem, Bandinum Pisanum canonicum, prefatorum Ubaldi et Lamberti manifestum fautorem ac per hoc excommunicationis laqueo irretitum, in Sulciensem episcopatum contra inhibitionem tuam consecrare presumpsit. Ideoque mandamus quatenus, si res ita se habet, tam ordinatorem quam ordinatum per censuram ecclesiasticam appellacione remota compellas ad presentiam nostram venire sine dilatione suspensum.

Datum Laterani.

91

<1221, *fine giugno circa*>, Laterano

<Onorio III>, informato dal legato pontificio Bartolomeo che il giudice di Torres <Mariano II> non permette di riscuotere il sussidio per la Terrasanta, incarica il legato di costringere il giudice. Non solo, verifichi se si possano convertire in sussidio per la Terrasanta quelle terre che l'arcivescovo di Torres ha concesso allo stesso giudice; si informi su tempi, modi e quantità del censo dovuto alla Sede apostolica e gli riferisca; confermi la scomunica nei confronti dell'arcivescovo di Cagliari e del vescovo di Sulci che si devono recare presso la Sede apostolica per rispondere del loro comportamento, presumibilmente favorevole allo scomunicato Lamberto <Visconti>; trasformi in sussidio per la Terrasanta i beni dei Saraceni che si trovano nella villa di Kyrkidelatis. Il papa informa il legato che, nonostante si siano recati presso la Sede apostolica il vescovo di Dolia e il priore di S. Saturnino <di Cagliari>, non ha esaudito le loro richieste. Infine gli ordina di restare in Sardegna sino a nuove disposizioni.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, ff. 147v-148r, ep. 738. Sul lato esterno di 148r, all'altezza della quarta riga del documento, la cifra: 738; sul margine, all'altezza della prima riga, la cifra: *DCCXLI*. Il doc. non è datato, si desume il periodo di composizione in base alla sua collocazione nel registro.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 3510, p. 570.

Cfr. docc. 4, 10, 12, 14, 20, 22, 26, 35, 36, 40, 43-46, 53, 58-61, 68-70, 74-83, 88*, 90, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 a.

*Magistro .B<artholomeo>. capellano nostro,
apostolice Sedis legato¹*

91. ¹ Cfr. doc. 52 nota 1.

// Benigne a nobis receptis litteris tuis et eorum diligenter intellecto tenore super hiis que in litteris continebantur eisdem nostrum tibi duximus beneplacitum exponendum. Volumus igitur auctoritate tibi presentium iniungentes ut nobilem virum iudicem Turritanum², qui sicut intelleximus non permittit in Terre sancte converti subsidium que ad eius negotium sunt relicta, cessare ab impedimento huiusmodi ecclesiastica distric-tione compellas. Studeas autem si potes efficere ut que terre ipsi per manus venerabilis fratris nostri . . . archiepiscopi Turritani³ dimissa sunt, per nos quibus specialiter imminet crucis nego-tium in ipsius Terre liberationem cum reliquo subsidio conver-tantur.

Sane, circa censum Ecclesie Romane debitum de tempore solutionis et receptorum quantitate diligenter inquirens, quod in scriptis reppereris nobis studeas intimare.

Cum autem Lambertus⁴ et homines de Castro cum partici-pibus suis excommunicationis sententia teneantur, tu archiepi-scopum Calaritanum et magistrum .B<andinum>. dictum epi-scopum Sulciensem⁵, eandem incurrentes sententiam, excom-municatos publice nunties, prefigendo eis festum Sancti Mi-chaelis proximo venturum terminum quo ad nostram accedant presentiam, recepturi iuxta suorum exigentiam meritorum.

Porro, de Sarracenorum rebus in villa que dicitur Kyrkide-latis⁶ prout potes provideas ut in subventionem convertantur exercitus christiani.

Licet autem venerabiles fratres nostri .<Gantinus>. Dolien-sis episcopus et .<Petrus>. prior Sancti Saturni⁷ ad nostram

² Cfr. Appendice II.

³ Sconosciuto, potrebbe essere Gianuario, attestato con certezza nel 1225, cfr. Appendice I.

⁴ Lamberto di Eldizio Visconti, giudice di Gallura (1206-1224 ca), cfr. Appen-dice II.

⁵ Mariano di Cagliari; Bandino di Sulci, cfr. Appendice I.

⁶ Località sconosciuta.

⁷ Guantino Pizzolo, cfr. Appendice I; Pietro priore di S. Saturno di Cagliari: BOSCOLO, *L'abbazia di S. Vittore*, p. 145.

nuper presentiam accessissent, in nullo tamen eos curavimus exaudire.

Tu autem ad reditum non festines ante quam super hoc a nobis mandatum recipias speciale.

Datum Laterani.

92*

<ante 1221, luglio 4>

<Benedetta di Massa, giudicessa di Cagliari, scrive a Onorio III una lettera il cui contenuto non è ricostruibile, ma nella quale si lamenta probabilmente delle sue difficili relazioni con il giudice di Gallura e cittadino pisano Lamberto Visconti>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 96, dove Onorio afferma di aver ricevuto una lettera della giudicessa di Cagliari, di sapere di dover dubitare del suo contenuto, dato che la giudicessa è tenuta prigioniera, ma di aver compreso «ea que ipsius littere continebant» grazie ad una contemporanea lettera del legato Bartolomeo: cfr. n° 88*.

93*

<ante 1221, luglio 4>

<Bartolomeo legato pontificio scrive a Onorio III facendo riferimento alle condizioni nelle quali si trova la giudicessa di Cagliari Benedetta di Massa e alla promessa di Lamberto Visconti, giudice di Gallura, di versare una cauzione alla Sede apostolica come pegno della sua volontà di rimettersi al mandato del pontefice a proposito della sua occupazione del giudicato di Cagliari>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dalla lettura del n° 96, dove Onorio afferma di aver *visto* la lettera del legato.

94*

<ante 1221, luglio 4>

<Lamberto Visconti scrive a Onorio III promettendo di depositare a Siena – o a Pisa o a Pistoia – 12.000 lire in genovini minuti, come pegno del giuramento prestato nelle mani del legato Bartolomeo di obbedire agli ordini che la Sede apostolica gli impartirà>.

L'esistenza di questo doc., inviato tramite un proprio «nuntio», si ricava dal n° 96 dove Onorio afferma di aver ricevuto la lettera di «Lambertus Vicecomes».

missione presso la Sede apostolica

<ante 1221, luglio 4>

<Un rappresentante di Lamberto Visconti si reca presso la Sede apostolica con una lettera con la quale il Pisano promette di depositare a Siena – o a Pisa o a Pistoia – 12.000 lire in genovini minuti, come pegno del giuramento prestato nelle mani del legato Bartolomeo di obbedire agli ordini che la Sede apostolica gli impartirà>.

Per questa missione cfr. docc. 94* e 96.

95*

<ante 1221, luglio 2-6>

<Pietro, priore del convento di San Saturnino di Cagliari, chiede a Onorio III la conferma della proprietà dei beni donati al monastero dai defunti giudici d'Arborea Ugo de Bas e Pietro de Serra, nonché dalla giudicessa Benedetta di Cagliari>.

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n° 97 dove Onorio afferma che la conferma arriva a seguito delle «iustis postulationibus» di Pietro.

96

1221, luglio 4, Laterano

<Onorio III> scrive al legato pontificio Bartolomeo, dopo aver ricevuto sia la lettera di Benedetta <di Massa>, giudicessa di Cagliari, sia la sua, sia, tramite un nunzio, quella di Lamberto <Visconti> che prometteva di depositare 12.000 lire di genovini minuti a Pisa o Pistoia o Siena come cauzione del giuramento di rimettersi ai mandati pontifici. Il papa si riserva di decidere dopo che il denaro promesso sia stato depositato a Siena, anche perché Lamberto non è stato esauriente sull'impegno di sottomissione alla Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, ff. 149v-150r, ep. 748. Sul lato esterno di 150r, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: 748; sul margine, appena più in alto, la cifra: DC-CLI.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXXI, p. 54.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, 3489, p. 567.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90-94*, 99, 100-102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Magistro Bartholomeo capellano nostro, apostolice Sedis legato*¹

// Licet litteras ex parte nobilis mulieris donnicelle Benedicte² nobis exhibitas habuerimus non sine causa suspectas quod emanassent ipsa inscia vel invita, eo quod eadem certis olim nobis litteris et nuntio supplicavit ut quamdiu teneretur captiva nullis litteris presentatis nobis ex parte ipsius deberemus fidem aliquam adhibere cum non nisi ea inscia vel coacta possent ad nos alique ipsius nomine littere pervenire³, visis tamen litteris tuis ea que ipsius littere continebant intelleximus diligenter de-

96. ¹ Cfr. doc. 53.

² Benedetta di Massa, cfr. Appendice II.

³ Cfr. doc. 13.

bito eidem compatiētes affectu. Ceterum quamvis Lambertus Vicecomes civis Pisanus⁴ suis nobis litteris et nuntio intimarit et tu etiam scripseris quod prestito iuramento promisit se depositurum duodecim milia librarum Ianuensium minorum apud Pisas vel Pistorium sive Senas, pro legitima cautione quod, ut verbis eius utamur, a nostris non recedet mandatis, quia tamen nondum pecuniam ipsam deposuit, nec formam standi precise mandatis nostris sufficienter expressit, non potuimus plenarie respondere, sed cum pecuniam ipsam deposuerit apud Senas ad hoc quod omnibus mandatis nostris que sibi per nos vel nuntium seu litteras fecerimus precise parebit et id nobis fuerit intimatum, deliberato consilio, respondebimus prout secundum Deum videbimus expedire.

Datum Laterani, .IIII. Nonas Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

97

1221, luglio <2-6>, Laterano

Onorio III conferma a <Pietro>, priore del convento di San Saturnino di Cagliari, la proprietà dei beni donati al monastero dai defunti giudici <d'Arborea> Ugo de Bas e Pietro de Serra, nonché dalla giudicessa Benedetta di Cagliari.

O r i g i n a l e [A]: Archives Départementales des Bouches du Rhône, 1H107, 525. Per la data si tenga conto della presenza dei due punti tra i quali doveva essere inserito il numero indicante i giorni che precedevano le idi, ma che non è stato scritto.

E d i z i o n e : ZEDDA-PINNA, *Fra Santa Igia*, p. 179, doc. 4.

Cfr. doc. 95*.

96. ⁴ Lamberto di Eldizio Visconti, cfr. Appendice II.

Honorius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis .<Petro>¹. priori et conventui Sancti Saturni Kalaritane diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum; eapropter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones a clare memorie Hugo de Bas iudice Arborense et Petro de Serra eius avunculo², nec non a nobili muliere Benedicta domina de Karali³, monasterio vestro pia liberalitate donatas et libertates concessas prout in eorum litteris plenius continetur sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum^a infringere vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani, . . Nonas Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

98*

<ante 1221, agosto 23>

<L'arcivescovo di Pisa Vitale scrive a Onorio III informandolo che gli abitanti di Castel di Castro, scomunicati per non

97. ^a *In A hominum*

97. ¹ BOSCOLO, *L'abbazia di San Vittore*, p. 145.

² Giudici di Arborea. Pietro d'Arborea attestato dal 1172, regna dal 1185 al 1200, anno entro il quale muore; dal 1192 in condominio con Ugo Ponç de Bas, che muore dopo il 3 settembre 1211: cfr. SANNA, *Il giudicato di Arborea*.

³ Benedetta di Massa, cfr. Appendice II.

aver ubbidito ai mandati del legato pontificio Orlando, desiderano essere sciolti dalla scomunica>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dai nn. 99 e 100, dove Onorio, scrivendo a Bartolomeo, legato pontificio, all'abate di S. Paolo a Ripa d'Arno e al canonico pisano Gallo, afferma di essere stato informato da una lettera di Vitale.

99

1221, agosto 23, Laterano

<Onorio III>, informato dall'arcivescovo di Pisa che gli abitanti di Castel di Castro, scomunicati per non aver ubbidito ai mandati del legato apostolico R<olando>, desiderano essere assolti, incarica Bartolomeo, legato pontificio, di recarsi sul posto ed esaudire la richiesta, ma solo dopo aver ricevuto giuramento di fedeltà in nome della Sede apostolica con la promessa di custodire il *castrum* in suo nome e di non aiutare in alcun modo Ubaldo, Lamberto e Alberto <Visconti>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, ff. 156v-157r, ep. 10. Sul lato esterno di 156v, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: 10; sul margine, quasi totalmente rifilato, è ripetuto l'indirizzo, si colgono le lettere «...pellano ...ato».

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3524, p. 3.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 98*-100, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Magistro Bartholomeo cappellano nostro,
apostolice Sedis legato¹*

Cum sicut venerabilis frater noster .<Vitalis>. Pisanus ar-

99. ¹ Cfr. doc. 53.

chiepiscopus² per suas nobis litteras intimavit, homines de Castello Castri, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet // mediante, satisfacto super hiis pro quibus dilectus filius .R<olandus>.³ subdiaconus et capellanus noster, tunc apostolice Sedis legatus, in eos excommunicationis et in Castrum ipsum interdicti sententias promulgavit, ad gremium Sancte matris Ecclesie cupiant cum humilitate redire, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad Castrum accedens personaliter memoratum hominibus eiusdem Castri, recepto ab eis nomine Romane Ecclesie fidelitatis primitus iuramento, et ut Castrum ipsum eiusdem Ecclesie nomine pro ea custodiant fideliter et devote, salva in omnibus auctoritate Sedis apostolice ac mandato, .Ubaldo., .Lamberto. et .Alberto.⁴ fratribus eius et complicibus eorumdem in nullo penitus intendentes, nec consilium vel auxilium aliquod impendentes beneficium absolutio- nis impendas et relaxes sententiam interdicti.

Datum Laterani, .X. Kalendas Septembris, anno sexto.

100

<1221, agosto 23, Laterano>

<Onorio III, informato dall'arcivescovo di Pisa che gli abitanti di Castel di Castro scomunicati per non aver ubbidito ai mandati del legato apostolico Orlando, desiderano essere assolti>, incarica l'abate di S. Paolo a Ripa d'Arno di Pisa e il canonico pisano Gallo di sciogliere dalla scomunica coloro che hanno commerciato a Castel di Castro mentre vigeva l'interdetto e gli abitanti di Castel di Castro residenti a Pisa, <ma solo

99. ² Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399; cfr. DELL'AMICO, *Tra politica e pastorale*.

³ Cfr. docc. 39 e 40 attestanti la missione legatizia di Ugo e Orlando in Sardegna nell'agosto del 1218.

⁴ Ubaldo, Lamberto e Alberto di Eldizio Visconti, il secondo è giudice di Gallura, cfr. Appendice II.

dopo aver ricevuto da loro giuramento di fedeltà in nome della Sede apostolica con la promessa di custodire il *castrum* stesso in suo nome e di non aiutare in alcun modo Ubaldo, Lamberto e Alberto Visconti>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 157r, ep 11. Sul lato esterno di 157r, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: *11*; sul margine, appena più in alto: *XI*. Per la datazione e il senso degli *et cetera* si veda il doc. precedente.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3525, p. 3; SCANO, I, LXXXII, p. 55.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 98*, 99, 102, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.. *abbati sancti Pauli de Ripa Arni et Gallo canonico Pisano*

Cum sicut venerabilis frater noster .<Vitalis>. Pisanus archiepiscopus¹ *et cetera usque* redire^a, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ab habitatoribus Castris prefati Pisis existentibus, Ecclesie Romane nomine fidelitatis et ut Castrum ipsum *et cetera usque* impendentes ac ab aliis qui durantibus sententiis memoratis in ipso Castro mercationes exercitisse noscuntur, iuxta formam Ecclesie primitus iuramento eis absolutionis beneficium impendatis.

Datum *ut supra*.

100.^a *Segue motivo a catenella per la rimanente metà della lunghezza della linea*

100.¹ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399; DELL'AMICO, *Tra politica e pastorale*.

101*

<post 1221, luglio 4 – ante 1221, settembre 17>

<Ubaldo e Lamberto Visconti, con la mediazione di Bartolomeo, legato pontificio in Sardegna, scrivono a Onorio III impegnandosi a pagare 12.000 lire di genovini minuti da versare a Siena, in cambio dell'assoluzione dalla scomunica e della ratifica da parte del papa del matrimonio tra Ubaldo Visconti e Benedetta di Massa, giudicessa di Cagliari>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 102, dove Onorio III, rimproverando duramente Bartolomeo per la mediazione e l'avallo da lui fornito ai due Visconti, afferma che i due «nobis scripserunt» offrendo il denaro a dette condizioni.

102

1221, settembre 17, Laterano

<Onorio III> rimprovera duramente il legato pontificio Bartolomeo per aver cercato di aiutare Ubaldo e Lamberto <Visconti> ad ottenere l'assoluzione dalla scomunica da parte della Sede apostolica. Il pontefice ordina al legato di non prendere più alcun tipo di iniziativa in merito alla vicenda dei due fratelli pisani.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, ff. 158v-159r, ep. 21. Sul lato esterno di 158v, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: 21.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3538, pp. 4-5.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 93*, 94*, 96, 99-101, 107-109, 113-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

*Bartholomeo subdiacono et capellano nostro,
apostolice Sedis legato¹*

Nisi iustum animi nostri motum mansuetudinis patientia temperaret, ita te in tua confunderemus astutia quod nec de cetero in nostra presentia compareres nec in terra nativitatis tue posses sine improprio commorari, ut que nobis illudere voluisti esses ludibrio universis. Olim, etenim, nobis scripsisti quod Lambertus et Ubaldu² cupientes absolvi a vinculo excommunicationis quo tenentur astricti prestare^a volebant duodecim milium librarum quod mandatis nostris precise parerent pignoratitiam cautionem quas parati erant Senis vel alibi deponere ut dicebant. Nuper autem iidem, te procurante ac apud nos suppliciter intercedente pro eis, nobis scripserunt quod parati erant pecuniam ipsam camere nostre persolvere si eos et complices ipsorum absolvi et matrimonium inter predictum .U<baldum>. et nobilem mulierem donnicellam .B<enedictam>.³ contractum nuntiari legitimum faceremus. In hoc quidem non astutus sed insipiens potes merito reputari, nisi forsitan ex maiori astutia insipientia processerit simulata, quod credebatur ut condiciones tam enormes, tam abusivas quasi amore illecti pecunie admittere deberemus cum scire debueris quod pecunia illa non ad hoc deponeretur ut nobis ex inde aliquid proveniret, sed ut illi metu pene mandatis nostris non sub conditione sed pure ac precise parerent. Quare, numquam debueras consentire ut sub conditione offerrent quam simpliciter obtulerant cautionem cum ex consensu tuo eis spem prestitisse^b videaris inanem quod nos a iustitie tramite valeant variare.

102. ^a *In R* prestare ^b *La prima s è sovrascritta*

102. ¹ Questo è l'ultimo doc. nel quale Bartolomeo appare come legato pontificio in Sardegna, cfr. doc. 53.

² Lamberto e Ubaldo di Eldizio Visconti, il primo è giudice di Gallura, cfr. Appendice II.

³ Benedetta di Massa, cfr. Appendice II.

Ut igitur tua et illorum astu//tia, male sperato fructu frustretur, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus de hiis te de cetero nullatenus intromittas, cum sine te illos taliter castigare sciamus quod tandem perfusa ipsorum facie ignominia nomen nostrum vel inviti querere compellantur.

Datum Laterani, .XV. Kalendas Octubris anno sexto.

2^a missione dalla Sardegna alla Sede apostolica

<post 1220 seconda metà – ante 1221, settembre 22>

<Bertoldo da Capraia, dopo aver giurato fedeltà al papa nelle mani del legato pontificio Bartolomeo, si reca presso la Sede apostolica, probabilmente accompagnato dal fratello Anselmo, per richiedere la conferma dei suoi possedimenti nella curatoria di Usellus nel giudicato di Arborea>.

Questa missione è testimoniata dai docc. 84, dove il legato Bartolomeo informa il papa del prestato giuramento di Bertoldo e della sua prossima venuta con il fratello presso la Sede apostolica (e dal quale si ricava il *post quem* e il fatto che Bertoldo è accompagnato dal fratello Anselmo) e 105, dove il papa conferma a Bertoldo stesso le proprietà in «Partuselli».

3^a missione dalla Sardegna alla Sede apostolica

<ante 1221, settembre 27>

<Mariano II giudice di Torres invia il vescovo di Sorres come suo nunzio presso Onorio III per ottenere lo scioglimento dal voto di partire per la Terrasanta, che aveva fatto come il suo defunto padre Comita>.

L'avvenuta ambasciata del vescovo di Sorres è ricavabile dalla lettura dei nn. 106 e 110 dove Onorio III nello scrivere a Ugolino da Ostia afferma esplicitamente che «nobilis vir Marianus iudex [...] venerabilem fratrem nostrum . . Sorranum episcopum ad nos mi[sit]>.

103*

<ante 1221, settembre 27>

<Mariano II giudice di Torres informa Ugolino da Ostia di essere disposto a inviare cento militi o a pagare un contributo di centomila marabottini d'oro in nome del suo defunto padre Comita e un ulteriore contributo da stabilirsi in nome suo, per essere sciolto dal voto di partire per la Terrasanta>.

L'esistenza di questa lettera è ricavabile dai nn. 106 e 110, dove Onorio conferma a Ugolino da Ostia la ricezione della sua lettera con la quale lo si informa, tra l'altro, della disponibilità del giudice a pagare il contributo; evidentemente Ugolino, per poter scrivere di questo impegno, deve essere stato informato dal giudice di Torres.

104*

<ante 1221, settembre 27>

<Ugolino da Ostia scrive a Onorio III informandolo che Mariano II giudice di Torres è disposto a inviare cento militi o a pagare un contributo di centomila marabottini d'oro in nome di suo padre Comita e un'ulteriore cifra da stabilirsi in nome proprio, per essere sciolto dal voto di partire per la Terrasanta>.

L'esistenza di questa lettera è ricavabile dai nn. 106 e 110, dove Onorio scrive a Ugolino da Ostia di aver ricevuto la sua lettera con la quale lo si informa, tra l'altro, della disponibilità del giudice a pagare il contributo.

105

1221, settembre 22, Laterano

Onorio III conferma a Bertoldo <da Capraia>, dichiaratosi vassallo della Sede apostolica nelle mani del legato pontificio Bartolomeo, la terra che possiede in *Partuselli* <nel giudicato di Arborea>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 158v, ep. 20. Sul margine esterno, all'altezza della prima riga del doc. è riportato l'indirizzo del quale a seguito della rifilatura sopravvivono le lettere finali: «oldo».

E d i z i o n i : *Bullarium Romanum*, III, doc. 56, p. 381; HOROY, IV, doc. XVII, coll. 13-14.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 6710, p. 583; PRESSUTTI, II, 3539, p. 5.

Cfr.: doc. 84 e 2° missione dalla Sardegna alla Sede apostolica.

*Comiti Bertoldo*¹

Cum terram que dicitur Partuselli² a Romana Ecclesia recognoscens dilecto filio magistro Bartholomeo subdiacono et capellano nostro apostolica Sedis legato nomine nostro fidelitatis prestiteris iuramentum, obligans te ac tuos heredes quod nobis et successoribus nostris duas marcas argenti singulis annis pro terra ipsa persolves, nos, tuis precibus inclinati, terram ipsam sicut eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo *et cetera* nostre confirmationis. Si quis autem *et cetera*.

Datum Laterani, .X. Kalendas Octubris, anno sexto.

106

1221, settembre 27, Laterano

Onorio III scrive al cardinale <Ugolino> da Ostia: gli conferma di aver ricevuto la sua lettera – con l'informativa su Mariano <II> giudice di Torres disposto a inviare cento militi o a pagare un contributo di centomila marabottini d'oro in nome del suo defunto padre <Comita> e un ulteriore contributo da stabilirsi

105.¹ Bertoldo da Capraia, cfr. doc. 84.

² La curatoria o divisione amministrativa di Usellus, nel giudicato di Arborea.

in nome proprio, per essere sciolto dal voto di partire per la Terrasanta – e lo incarica pertanto di stabilire per il meglio.

E d i z i o n i : LEVI, *Registri*, pp. 121-123, che viene usata in questa edizione, adattata nei criteri.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 103*, 104*, 110, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .<Hugolino>. Hostiensi episcopo¹, apostolice Sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tue litteras benignitate recepimus consueta et earum tenorem pleno collegimus intellectu, gratias agentes largitori omnium gratiarum in gratia eius, qui te deducens per suorum semitam mandatorum² in beneplacito suo dirigit actus tuos, multa et magna per tuum ministerium operando, in quibus tanto ampliori gaudio exultamus, quanto per amplius et perfectus exinde proficit Ecclesie generalis, et Terre sancte subsidium iuxta spem nostram et desiderium procuratur. Ad hec cum clare memorie .<Comita>. iudex Turritanus³ signo crucis assumpto vovisset in Terre sancte subsidium proficisci et pro redemptione voti sui obtulisset centum milites vel centum milia marabotinorum in eiusdem Terre subsidium iuxta nostrum beneplacitum destinare, interim viam universe carnis ingresso⁴, nobilis vir Marianus iudex⁵, natus eius, venerabilem fratrem nostrum . . Sorranum⁶ episcopum ad nos mittens, obtulit se vel-

106. ¹ Ugolino di Segni, creato cardinale da Innocenzo III nel 1206, futuro papa Gregorio IX: EUBEL, I, p. 3.

² «Te deducens per suorum semitam»: richiama Salmi 22,3 e Salmi 24,4, ma soprattutto il motto di Onorio III «perface grossos meos in semitis tuis»: Salmi 16,5.

³ Cfr. Appendice II.

⁴ «viam universe carnis ingresso»: riferimento a Genesi, 6,31; Giosué, 23,14; IRe, 2,2.

⁵ Cfr. Appendice II.

⁶ Anonimo, cfr. Appendice I.

le pium patris propositum adimplere, illuc sive predictum numerum militum sive pretaxatam pecuniam transmittendo; et, quia ipse crucis erat caractere insignitus, instabat per eundem episcopum ut eum absolveremus a voto paratum viginti milites in eiusdem Terre destinare succursum. Sed nos, communicato fratrum nostrorum consilio, quod offerebat pro patre non immerito acceptantes, volebamus ut pro se quinquaginta milites destinaret; et sic idem episcopus tunc a nobis non potuit aliquid obtinere.

Unde, cum, sicut tue littere continebant, idem iudex adhuc pro patre suo centum milites vel centum milia marabottinorum, et pro se congruum eidem Terre offerat subsidium exhibere, de circumspezione tua plenam fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eorum alterum que offert ipse pro patre secundum arbitrium tue discretionis acceptans, attente provideas, ut, si magis expediens visum fuerit pecuniam destinari, tales exinde milites conducantur, qui alias non essent in sepe dicte Terre subsidium profecturi. Super eo vero quod idem iudex pro absoluteione sui voti congruum offert subsidium, tibi plenarie committimus vices nostras, ut provideas super hoc sicut tibi Dominus inspirabit.

Datum Laterani, .V. Kalendas Octubris, pontificatus nostri anno sexto.

4° missione dalla Sardegna alla Sede apostolica

<circa 1221, settembre 29>

<L'arcivescovo di Cagliari Mariano e il vescovo di Sulci Bandino, entrambi scomunicati, si recano presso la Sede apostolica, dove sono stati convocati per rispondere del loro comportamento>.

La missione è ricavabile dai docc. 91 e 107. Nel primo, Onorio ordina al legato pontificio Bartolomeo di ingiungere ai due di recarsi presso la Sede apostolica entro la successiva festa di S. Michele (il 29 settembre). Nel secondo il papa accenna alla presenza dei due presso la corte pontificia e stabilisce i termini per la loro assoluzione. Con tutta

probabilità, è in questa occasione che l'arcivescovo di Cagliari chiede al papa di poter sciogliere dalla scomunica coloro che si impegnano a non aiutare più Ubaldo e Lamberto Visconti e di poter celebrare gli uffici divini, nonostante la sua provincia ecclesiastica sia sottoposta a interdetto: su questo cfr. docc. 108 e 109.

107

1221, ottobre 18, Laterano

<Onorio III> scrive a Bartolomeo, legato della Sede apostolica, informandolo di aver concesso l'assoluzione dalla scomunica all'arcivescovo di Cagliari <Mariano> e al vescovo di Sulci <Bandino>. Quest'ultimo si è impegnato a stare ai mandati pontifici e soprattutto a non favorire in alcun modo Lamberto e Ubaldo <Visconti>; mentre al primo è interdetta l'eventuale conferma e consacrazione dei due successivi vescovi di Sulci.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, 160v, ep. 29. Sul lato esterno all'altezza della seconda riga del doc., la cifra 29, sul margine *XXIX*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3547, p. 6.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 109, 113-120, 131*, 132. 4° missione dalla Sardegna alla Sede apostolica. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

Magistro Bartholomeo, subdiacono et capellano nostro, apostolice Sedis legato

Venerabiles fratres nostri .<Marianus>. archiepiscopus Calaritanus et .<Bandinus>. episcopus Sulciensis¹ ad Sedem apostolicam venientes, licet nisi fuerint se multipliciter excusare, quia tamen tandem non iudicium sed misericordiam flagita-

107. ¹ Cfr. Appendice I.

runt, se omnino nostris beneplacitis exponendo; nos, cupientes proniores ad veniam inveniri quam ad debitam etiam ultionem, misericorditer egimus cum eisdem. Nam recepto ab episcopo corporaliter iuramento, quod mandatis nostris precise pareret, ei fecimus a vinculo excommunicationis quo tenebatur astrictus, beneficium absolutionis impendi et, iniungentes eidem sub debito iuramenti, quod nichil penitus de cetero contra Romanam Ecclesiam molietur, sed adversariis eiusdem Ecclesie pro posse resistet et specialiter Lamberto et Ubaldo et eorum complicibus nullo modo favebit, sed potius adversabitur, remittimus eum ab officii pontificali usque ad proximum venturum festum Nativitatis Dominice executione suspensum, ita quod ex tunc a te, si tu presens fueris, obtenta licentia, vel si absens de nostra misericordia pontificale, officium exequat. Archiepiscopo vero, ut in eo quo deliquerat puniretur, penitus interdiximus ne primo vel si tantum supervixerit secundo eiusdem episcopi successorum munus confirmationis et consecrationis valeat impertiri, et usque ad Ecclesiam suam redeat ab officii pontificalis executione suspensus. Ne igitur super hiis aliud tibi valeat suaderi hec discretionis tue plene ac plane duximus intimanda.

Datum Laterani, .XV. Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno sexto.

108

1221, ottobre 21, Laterano

<Onorio III> concede <all'arcivescovo di Cagliari>, quando non sia presente il legato pontificio, di poter sciogliere dalla scomunica per aver aiutato Ubaldo e Lamberto <Visconti> coloro che si impegnano a non aiutare più i due fratelli.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 161r, ep. 35. Sul lato esterno di 161r, all'altezza della prima riga del documento, la cifra: 35; sul margine alla stessa altezza: XXXV.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3552, p. 7.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96,

99, 100, 102, 107, 109, 113-120, 131*, 132. 4° missione dalla Sardegna alla Sede apostolica. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

Eidem^a

De discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, illos de tua diocesi, qui pro facto Ubaldi et Lamberti¹ vinculo excommunicationis astricti redire desiderant ad ecclesiasticam unitatem, iuxta formam Ecclesie absolvendi, si tamen legatus presens non fuerit, per quem si presens est volumus eis beneficium absolutionis impendi, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, ita quod iniungas eisdem quod nullum predictis .U<baldo>. et .L<amberto>. prestant consilium vel favorem.

Datum Laterani, .XII. Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno sexto.

109

1221, ottobre 25, Laterano

<Onorio III> concede all'arcivescovo di Cagliari di celebrare gli uffici divini, a porte chiuse e in assenza di scomunicati o interdetti, nelle zone della sua provincia ecclesiastica dove non siano Ubaldo e Lamberto <Visconti> e i loro fautori.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 161r, ep. 34. Sul lato esterno di 161r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: 34; sul margine all'altezza della prima riga: XXXVIII.

108.^a Per l'inscriptio cfr. doc. successivo

108.¹ Ubaldo e Lamberto Visconti, quest'ultimo giudice di Gallura (cfr. Appendice II) il primo già podestà di Pisa, lo sarebbe ridivenuto nel 1223 e tra il novembre del 1226 e il novembre del 1228: CECCARELLI, *I Podestà*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3554, p. 7.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 106, 107, 108, 113-120, 131*, 132. 4° missione dalla Sardegna alla Sede apostolica. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Mariano>. *archiepiscopo Kalaritano*¹

Fraternitatis tue precibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut in terris illis tue provincie in quibus Ubaldu et Lambertus² vel fautores eorum principales presentes non fuerint, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, divina facias celebrari.

Datum Laterani, .VIII. Kalendas Novembris, anno sexto.

110

<1221>, ottobre 25, Bologna

Ugolino da Ostia scrive a <Mariano II> giudice di Torres informandolo di aver ricevuto una lettera di Onorio III – riportata interamente – con la quale incarica Ugolino stesso di stabilire per il meglio circa la contropartita da richiedere al giudice per lo scioglimento richiesto dal voto suo e del suo defunto padre Comita – per conto del quale <Mariano> si era già offerto di inviare cento militi o centomila marabottini d'oro – di partire per la Terrasanta. Il cardinale ritiene che il giudice debba impegnarsi ad inviare in totale centotrenta cavalieri o in alternativa centotrentamila marabottini d'oro. Il denaro dovrà essere consegnato all'arcivescovo di Genova, già incaricato dal cardinale di procedere all'esenzione dal voto del giudice; se invece Maria-

109. ¹ Cfr. Appendice I.

² Ubaldo e Lamberto Visconti, quest'ultimo giudice di Gallura (cfr. Appendice II) il primo già podestà di Pisa, lo sarebbe ridivenuto nel 1223 e tra il novembre del 1226 e il novembre del 1228: CECCARELLI, *I Podestà*.

no preferisse inviare dei soldati, questi dovranno recarsi presso il vescovo di Reggio e il marchese di Monferrato.

E d i z i o n i : LEVI, Registri, pp. 121-123, che viene usata in questa edizione, adattata nei criteri.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 103*-106, 111*, 127 e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

Nobili et strenuo viro .<Mariano>. Dei gratia iudici Turritano¹, Hugo² et cetera. Noveritis nos recepisse litteras apostolicas in hunc modum: «Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .<Hugolino>. Hostiensi episcopo, apostolice Sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Fraternalitatis tue litteras benignitate recepimus consueta et earum tenorem pleno collegimus intellectu, gratias agentes largitori omnium gratiarum in gratia eius, qui te deducens per suorum semitam³ mandatorum in beneplacito suo dirigit actus tuos, multa et magna per tuum ministerium operando, in quibus tanto ampliori gaudio exultamus, quanto per amplius et perfectus exinde proficit Ecclesie generalis, et Terre sancte subsidium iuxta spem nostram et desiderium procuratur. Ad hec cum clare memorie .<Comita>. iudex Turritanus⁴ signo crucis assumpto vovisset in Terre sancte subsidium proficisci et pro redemptione voti sui obtulisset centum milites vel centum milia marabotinorum in eiusdem Terre subsidium iuxta nostrum beneplacitum destinare, interim viam universe carnis ingresso⁵, nobilis vir Marianus

110. ¹ Mariano II di Torres, cfr. Appendice II.

² Ugolino di Segni, creato cardinale da Innocenzo III nel 1206, futuro papa Gregorio IX: EUBEL, I, p. 3.

³ «Te deducens per suorum semitam»: richiama Salmi 22,3 e Salmi 24,4, ma soprattutto il motto di Onorio III: «perfice gressos meos in semitis tuis»: Salmi 16,5.

⁴ Cfr. Appendice II.

⁵ «Viam universe carnis ingresso» riferimento a Genesi, 6,31; Giosué, 23,14; 1Re, 2,2.

iudex⁶, natus eius, venerabilem fratrem nostrum . . Sorranum episcopum⁷ ad nos mittens, obtulit se velle pium patris propositum adimplere, illuc sive predictum numerum militum sive pretaxatam pecuniam transmittendo; et, quia ipse crucis erat caractere insignitus, instabat per eundem episcopum ut eum absolveremus a voto paratum viginti milites in eiusdem Terre destinare succursum. Sed nos, communicato fratrum nostrorum consilio, quod offerebat pro patre non immerito acceptantes, volebamus ut pro se quinquaginta milites destinaret; et sic idem episcopus tunc a nobis non potuit aliquid obtinere. Unde cum, sicut tue littere continebant, idem iudex adhuc pro patre suo centum milites vel centum milia marabottinorum, et pro se congruum eidem Terre offerat subsidium exhibere, de circumspectione tua plenam fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eorum alterum que offert ipse pro patre secundum arbitrium tue discretionis acceptans, attente provideas, ut, si magis expediens visum fuerit pecuniam destinari, tales exinde milites conducantur, qui alias non essent in sepe dicte Terre subsidium profecturi. Super eo vero quod idem iudex pro absolute sui voti congruum offert subsidium, tibi plenarie committimus vices nostras, ut provideas super hoc sicut tibi Dominus inspirabit. Datum Laterani, .V. Kalendas octubris, pontificatus nostri anno sexto».

Nos enim, quia patrem vestrum sincere dileximus et personam vestram affectione quantum cum Deo possumus diligimus speciali, ea gratanter efficere cupimus et optamus, que ad vestrum et terre vestre respiciant commodum et honorem.

Volentes igitur mandatum summi pontifici adimplere, nobilitati vestre consulimus et ex parte domini pape mandamus, quatenus centum milia marabotinorum pro centum militibus sine dilatione aliqua Ianuam transmittatis venerabili fratri .<Ottoni>. archiepiscopo⁸ et dilectis filiis . . abbati Sancti An-

⁶ Cfr. Appendice II.

⁷ Cfr. Appendice I.

⁸ Otto di Genova (1203-1239), EUBEL, I, p. 281.

dree de Sexto et Danieli Aurie⁹, consanguineo et fideli vestro, civi Ianuensi, nomine Sedis apostolice assignantes. Pro vobis autem, qui crucis signaculum assumpsistis, pro triginta militibus pecuniam destinatis, tantum eorum singulis assignantes, quantum singulis aliorum centum de summa predicta fuerit consignatum. Hiis ita rite peractis, a voto peregrinationis absolvet archiepiscopus memoratus, iuxta quod ei nostris dedimus litteris in mandatis. Milites autem ad Terre sancte subsidium transmittendos a vobis electos vel aliis quibuslibet eligendos a venerabili fratre nostro .<Nicola>. Regino episcopo¹⁰ et nobili viro .<Guilelmo>. marchione Montisferrati¹¹ vel ab altero eorum, si uterque interesse non poterit, precipimus secundum sue discretionis arbitrium acceptari, qui alias non sint in Terre sancte subsidium profecturi et per annum ibi debeant fideliter deservire. Vos autem, sicut vir nobilis, providus et discretus, ita studeatis omnia celeriter adimplere, quod suum patris vestri propositum debitum sortiatur effectum, et vos a domino papa et fratribus suis possitis non immerito commendari, ac nos, qui speciali vos affectione diligimus, de sollicitudine nobis commissa, non possimus merito reprehendi.

Datum Bononie, .VIII. Kalendas novembris.

111*

<1221, circa ottobre 25>

<Ugolino da Ostia legato pontificio incarica l'arcivescovo di Genova Otto di sciogliere Mariano di Torres dal voto di partire come crociato, purché questi invii centotrenta militi o

⁹ Daniele Doria, nipote per via materna del giudice di Torres Barisone II (1147-entro 1191), era perciò cugino di Mariano II di Torres: cfr. Appendice II, SANNA-BOSCOLO, *Libellus*, p. 50; SANNA, *La cronotassi*, pp. 109-111; cfr. anche *Genealogie*, pp. 283-284.

¹⁰ Nicola di Reggio Emilia (1211-1243), EUBEL, I, p. 417.

¹¹ Guglielmo VI di Monferrato: SETTIA, *Guglielmo VI*.

centotrentamila marabottini d'oro per la spedizione in Terrasanta>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 110, dove Ugolino da Ostia afferma espressamente di aver dato mandato in tal senso all'arcivescovo genovese.

112*

<ante 1221, dicembre 10>

<Rappresentanti del Comune di Pisa scrivono nuovamente ad Onorio III informandolo che Ubaldo Visconti quando era podestà della città aveva contratto debiti a nome del Comune stesso, per finanziare la spedizione in Sardegna, ora i creditori chiedono i rimborsi e il Comune stesso chiede al pontefice una conferma dell'esenzione già concessa dal pagamento di tali debiti>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dalla lettura del n° 113, dove lo stesso pontefice nell'incaricare il vescovo di Massa di impedire l'indebita riscossione dei crediti a danno del Comune scrive che era stato informato «ex parte communitatis Pisane». Una richiesta in tal senso era già stata fatta al pontefice e da lui accordata nell'aprile del 1220: cfr. docc. 55* e 59.

113

1221, dicembre 10, Laterano

<Onorio III>, informato dal Comune di Pisa che Ubaldo <Visconti> quando era podestà della città aveva contratto debiti a nome del Comune stesso, per finanziare la spedizione in Sardegna, ad insaputa di tutti, ordina al vescovo di Massa di impedire la riscossione a danno del Comune di tali debiti, senza uno speciale mandato pontificio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 170r, ep. 80. Sul lato esterno di 170r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: 80; sul margine, all'altezza della prima riga: LXXX.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXXIII, p. 55.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3610, p. 15.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 112*, 114-120, 131*, 132. Appendice documentaria Cost. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Alberto>. *episcopo Massanensi*¹

Ex parte communitatis Pisane fuit propositum coram nobis quod Ubaldu² civis Pisanus, olim in civitatis eorum regimine constitutus, debita gravia nomine communitatis eiusdem, ea ignorante, contraxit, occasione dumtaxat expeditionis quam presumpsit facere in Sardiniam contra inhibitionem et excommunicationem apostolice Sedis, in cuius gravem iniuriam et contemptum id noscitur attemptasse; quare nobis humiliter supplicavit communitas supradicta ut, cum ab ea debita huiusmodi requirantur, super hoc ei paterna providere sollicitudine dignaremur.

Cum, ergo, dignum sit ut in ipsum Hubaldum recumbat onus huiusmodi debitorum, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus communitatem eandem super hoc gravari aliquatenus non permittas, presertim quamdiu aliquid invenietur in bonis ipsius Ubaldi unde possit creditoribus satisfactio exhiberi. Cumque diverse littere super hoc contra communitatem ipsam dicantur a Sede apostolica emanasse, inhibeas illis ad quos littere sunt obtente ne illarum auctoritate absque nostro speciali mandato procedant.

Datum Laterani, .IIII. Idus Decembris, pontificatus nostri anno sexto.

113. ¹ Alberto (1217- 1231): EUBEL, I, p. 329.

² Ubaldo Visconti già podestà di Pisa, lo sarebbe ridivenuto nel 1223 e tra il novembre del 1226 e il novembre del 1228: CECCARELLI, *I Podestà*.

114

<1222, gennaio 19, Laterano>

<Onorio III> ordina al priore di S. Nicola di Cagliari e a Siffredo, entrambi canonici pisani, di far pubblicare e rispettare le sentenze di scomunica emesse contro Ubaldo <Visconti> e i suoi fratelli dal cappellano apostolico Gra<ziano>; li incarica inoltre di impartire le pene canoniche contro i chierici pisani che non hanno rispettato le sentenze di scomunica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 189r, ep. 187. Sul lato esterno di 189r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: 187; sul margine, all'altezza della prima riga: CLXXXVII. La data del doc. è ricavabile dalla lettura del precedente ff. 188v-189r diretto al priore di S. Frediano di Lucca e datato in Laterano: «.XIII. Kalendas Februarii, anno sexto».

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3747, p. 34-35; SCANO, I, LXXXIV, p. 56.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113, 115-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

. . *priori Sancti Nicholay Calleri et Sifredo, canonicis Pisanis*¹

Ut acrior pena pungat quos hactenus nulla penitus penitudo compuncxit, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus excommunicationis et interdicti sententias, quas dilectus filius magister .Gra<tianus>. capellanus noster in Ubal dum et fratres eius ac quosdam alios cives Pisanos, auctoritate nostra, ipsorum exigente contumacia, promulgavit, singulis diebus dominicis et festivis sollempniter publicantes faciatis eas firmiter observari. Clericos quoque Pisanos, qui non sine nostro contemptu easdem sententias contempnent ipsas servare

114. ¹ Personaggi la cui unica attestazione proviene da questo doc.

spreverunt seu de cetero spreverint observare, pena canonica sub apostolica obligatione castigetis.

Quod si non omnes *et cetera*.

Datum *ut supra*.

115

1222, gennaio 19, Laterano

<Onorio III> ordina <al priore di S. Nicola di Cagliari e a Siffredo, entrambi canonici pisani,> di sciogliere dalla scomunica coloro che avevano aiutato Ubaldo <Visconti> e i suoi fratelli, purché si impegnino a non intrattenere rapporti con loro e a recarsi al più presto presso la Sede apostolica. In caso di scioglimento dalla scomunica in punto di morte, se il malato si riprende deve recarsi al più presto presso la Sede apostolica; se muore, il suo funerale sia celebrato in assenza di laici e la sepoltura avvenga in assenza di chierici.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 11*, f. 189r, ep. 188. Sul lato esterno di 189r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: 188; sul margine, all'altezza della prima riga, parzialmente rifilato: *CLXXXVIII*.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 3748, p. 35.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113, 114, 116-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

Eisdem^a

Etsi mater Ecclesia non debeat redeuntibus ad se gremium claudere pietatis, redeuntes tamen, ne iterum retrorsum habeant, debet arcus cohibere.

Ideoque, discretioni vestre^b per apostolica scripta man-

115. ^a Per l'inscriptio cfr. doc. precedente ^b vestre in interlinea

damus quatinus Pisanis illis qui pro eo quod Ubaldo et fratribus eius¹ contra mandatum Ecclesie adeserunt excommunicationis vinculum incurrentes, ut absolutionis obtineant beneficium iurarant vel iuraverint nostris parere mandatis, ne illis communicent super aliquo negotio vel familiaritatem aut aliquod commercium cum eis habeant, inhibeat expresse sub debito prestiti iuramenti; et si quis excommunicatorum infirmitate correctus metu mortis de stando mandatis nostris iuramentum prestiterit, ei ut infra octo dies postquam plene convaluerit ad presentiam nostram cum litteris vestris iter arripiat veniendi firmiter iniungatis; et si quisquam interim forte decesserit non permittatis ad sepulturam eius clericos conveniri, nec audientibus laicis divina pro eis officia celebrari, cum melioris sint conditionis habendi qui sponte in vite spatio, quam qui metu in mortis articulo ad mandatum Ecclesie revertuntur.

Quod si non omnes *et cetera*.

Datum Laterani, .XIII. Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno sexto.

116*

<ante 1223, settembre 2>

<Qualcuno, forse l'arcivescovo di Pisa Vitale, informa Onorio III che Ubaldo e Lamberto Visconti e altri cittadini pisani – scomunicati per avere invaso il giudicato di Cagliari e perciò privati di alcune rendite che provenivano loro da beni che detenevano in feudo dall'arcivescovado di Pisa – affermano che una volta ottenuta l'assoluzione dalla scomunica dovranno essere rinfondati di tutte quelle rendite>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 117, dove Onorio,

115. ¹ Ubaldo, Lamberto e Alberto di Eldizio Visconti.

scrivendo a Vitale di Pisa, afferma che gli scomunicati «sicut dicitur» affermano quanto detto.

117

1223, settembre 2, Segni

<Onorio III> – informato che Ubaldo e Lamberto <Visconti> e i loro complici, privati per un quadriennio del godimento di alcuni feudi che detenevano in nome della Sede apostolica, per aver invaso il giudicato di Cagliari, affermano che dovranno essere rimborsati nel momento in cui verranno sciolti dalla scomunica – scrive all'arcivescovo di Pisa, che evidentemente detiene ora quei feudi, confermandogli che niente dovrà essere né riassegnato né rimborsato agli scomunicati.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 12*, f. 92r, ep. 19. Sul lato esterno di 92r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: *XVIII*; sul margine sopravvivono le lettere: . . *Archi*, dell'indirizzo riportato e rifilato. Sullo stesso lato, all'altezza della quint'ultima riga, una croce.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXXV, p. 56.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 4476, p. 158.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-116*, 118*-120, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Vitali>. *archiepiscopo Pisano*¹

Supra se Hubaldus et Lambertus² fratres ambulare volentes, ceca ducti cupiditate, iam dudum iudicatum Calaritanum, iuris

117. ¹ Vitale di Pisa (1218-1252): EUBEL, I, p. 399.

² Ubaldo e Lamberto di Eldizio Visconti, il primo podestà di Pisa (1223 marzo 28 - 1224 luglio 3), CECCARELLI, *I Podestà*; il secondo giudice di Gallura (1206-1224 ca.).

et proprietatis Sedis apostolice, occuparunt. .M. quoque .S. filius et .G. fratres³ tante presumptionis non timuerunt esse participes minus quam eis expedierit attendendo quod baculo arundineo, qui manum inherentis eidem perforat dum ponunt in eis fiduciam⁴, innituntur. Sed et predicti omnes ad tantam devenerunt insaniam, ut excommunicati a nobis longo tempore iam elapso sic sue sint salutis obliti, ut nec videantur quod ad Ecclesie unitatem quandoque redire debeant cogitare. Hii autem propter tante temeritatis excessum de feudis que de camera archiepiscopatus Pisanus tenebant fuerunt a quadriennio defeodati. Verum sepe, sicut dicitur, musitant quod de fructibus feudorum ipsorum quos excommunicationis tempore non percipiunt^a, obtento absolutionis beneficio, integre sibi satisfieri oportebit. Super quo volumus tibi et tuis successoribus providere.

Nos itaque districtius inhibentes, ne quicquam de feudis eiusdem vel eorum fructibus perveniat de cetero ad predictos, tibi et successoribus tuis auctoritate presentium indulgemus, ut super hiis tu et successores tui eis in aliquo non teneamini ulterius respondere.

Nulli ergo *et cetera* nostre inhibitionis^b et concessionis infringere. Si quis autem *et cetera*.

Datum Signie, .IIII. Nonas Septembris, anno octavo.

118*

<post 1223, marzo 28 – ante 1223, seconda metà di agosto>

<Onorio III scrive all'arcivescovo di Pisa Vitale affinché, sotto minaccia di scomunica e interdetto, induca i Pisani a rimuovere Ubaldo Visconti dalla carica di podestà alla quale lo hanno eletto assieme con altri due>.

117. ^a *Consecutio non rispettata* ^b *In R inhibitionis*

³ Personaggi sconosciuti.

⁴ «baculo arundineo...fiduciam»: 4Re 18,21; Isaia 36,6.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 120, dove Onorio, nel rimproverare Vitale, gli ricorda che «tibi nostris litteris dederimus in mandatis» affinché i Pisani rimuovessero Ubaldo dalla carica.

119*

<post 1223, marzo 28 – ante 1223, seconda metà di agosto>

<Informatori attendibili, forse il vescovo di Betlemme, Ragnieri, riferiscono a Onorio III gli avvenimenti pisani successivi all'elezione di Ubaldo Visconti alla carica podestarile e del comportamento sleale e filovisconteo di Vitale, arcivescovo della città>.

L'esistenza di questa informativa si ricava dal n° 120, dove Onorio, oltre a essere manifestamente informato dei fatti, descrivendo il comportamento dell'arcivescovo, afferma che in occasione della consegna di una lettera papale fatta dal vescovo di Betlemme a Vitale «diceris respondisse, quod idem episcopus de iis hoc tempore se intrromettere non deberet».

120

1223, seconda metà di agosto – prima metà di settembre, Segni

Onorio III rimprovera molto duramente l'arcivescovo di Pisa <Vitale> per non aver impedito, né agito in alcun modo contro l'elezione di Ubaldo Visconti a podestà di Pisa e di averla anzi nei fatti favorita; omettendo inoltre scientemente di eseguire le consegne del pontefice che pretendeva la scomunica sui Pisani e l'interdetto sulla città se a Ubaldo non fosse stata revocata la carica; gli ordina ora di scomunicare entro otto giorni dal ricevimento della lettera Ubaldo e i suoi complici.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 12*, f. 93v-95r, ep. 24. Sul lato esterno di 93v, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: *XXIII*; sul margine sopravvivono le lettere «..ano archie-

piscopo». Per la data, poiché nel testo vi è un ampio spazio vuoto che precede «Septembris» si è deciso di indicare tutto lo spettro temporale possibile tra i giorni antecedenti le calende di settembre e le idi dello stesso mese.

E d i z i o n i : UGHELLI, III, coll. 428-429; HOROY, IV, XIII coll. 418-422, che trae il doc. da Ughelli e senza fornire spiegazioni lo data 11 settembre.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 7080, p. 612, che lo riprende da Ughelli e lo data <10-14> settembre 1223; PRESSUTTI, II, 4492, p. 161, datato settembre, senza indicazione del giorno.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99, 100, 102, 107-109, 113-119*, 131*, 132. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b, d.

.<Vitali>. *Pisano archiepiscopo*

Si ad tribunal mentis accesseris et ante te statueris temetipsum, cogitationemque accusatoris vice, ac defensoris utatur, investigetque ratio sancta tua numquid^a non te tua conscientia condemnabit et iudicabit non tantum Ecclesie Dei membrum inutile, verum etiam putridum et ob hoc ab ea merito abscindendum qui oblitus fidelitatis exhibite nobis et sacrosancte Romane Ecclesie in susceptione pallii^b prestito corporaliter iuramento filium Belial¹ Ubaldum in iniquitate potentem^c, perfidum, et Dei Ecclesie inimicum, traditumque cum complicibus, et fautoribus^d suis propter multiplices, et graves eius excessus in apostolicam Sedem commissos in carnis interitum Sathane, permisisti, ne fecisti dicamus verius in Pisane civitatis potestatem assumi, non sine scrupulo forsitan societatis occulte: nec sufficit si ad excusandas excusationes in peccatis² forsitan dixeris, quod

120. ^a *In Ughelli* nunquid ^b *In Ughelli* pallii ^c *In Ughelli* patentem ^d *In Ughelli* favoribus

120. ¹ Cfr. Deuteronomio 13,13.

² «ad excusandas excusationes in peccatis»: Salmi 140,4.

tu illum nequaquam elegeris, sed potius electores qui elegerunt eumdem, cum tibi de providendo rectore, seu potestate civitati Pisanis libera^e fuerit tributa facultas, et illis potuisses electoribus inhibere, ne predictum eligerent reprobum, eo quod esset ab ecclesiastica unitate precisus, et ipsius contagio infici posset populus universus. Preterea multos alios in electores potuisses eligere, qui nequaquam elegissent eumdem et ideo frustra iacitur rete ante oculos pennatorum³. Rursus consule temetipsum, utrum scelus incurreris idolatrie contra obedientiam nobis promissam temere veniendo et deferendo homini contra Deum. Cum enim tibi nostris litteris dederimus in mandatis, ut nisi populus civitatis predictae, a te monitus diligenter, sepedictum reprobum removerent a sue regimine civitatis, tam civitatem ipsam auctoritate nostra ecclesiastico interdicto conclusam, quam sepe dictum Sathane membrum et omnes intendentes eidem seu prestantes auxilium, vel favorem, excommunicationis laqueo innodatos sub cuiuslibet contradictionis et appellationis^f obstaculo nuntiares, et per civitatem eandem, et eius diocesim faceres nuntiarum, tu oculos tuos statuens declinare in terram, obedientie nexu dirupto^g, non solum id effi//cere contempsisti, verum etiam noluisti litteras ipsas recipere, et quod deterius est nuntios adferentes easdem^h, non sine contemptu apostolice Sedis et nostro, in tuis sustinuisti domibus acriter verberari, quod non sine tua conniventia merito presumitur fore factum. Vide et apud te ipsum recogita, quam in hoc nobis fueris obediens, quam fidelis. Si Sedes est apostolica mater tua, ubi est honor eius? Si Domina, ubi timor? Nonne in iis eiⁱ honorem et reverentiam subtraxisti et fedus iniisse videris cum morte? Attende iterum, et considera, si episcopale conveniatⁱ tibi nomen, cum ad extrahendum de lacu perversitatis gregem tibi commissum,

^e In Ughelli civitate Pisana litera ^f et appellationis manca in Ughelli ^g In Ughelli dirupto ^h In Ughelli eosdem ⁱ In Ughelli et c. ^j In Ughelli convenit

³ «frustra iacitur rete ante oculos pennatorum»: Proverbi 1,17.

ne in profundum veniat, et contempnat, prout interpretatio dicti nominis, et officium exigit non intendeas^k, sed ipsum in illo permittas immergi potius et immergas⁴. Numquid non populum ipsum in sua videris perversitate fovere, dum presentibus vinculo excommunicationis ligatis, solemniter celebras in civitate auctoritate nostra supposita interdicto. Nec allegare potes profecto, quod ignores civitatem eandem interdicto conclusam, eo quod non receperis litteras illas, per quas id tibi fuerat demandatum, cum talis ignorantia non solum sit crassa, sed etiam affectata¹, et nichilominus eadem littere postmodum per clericum venerabilis fratris nostri Bethleemitani episcopi⁵ cui fuerunt exhibite, ut eas tibi faceret^m presentari, in tua fuerint presentia recitate, cui sic diceris respondisse, quod idem episcopus de iis hoc tempore se intromittere non deberet. Cum ergo sic ad te mandatum apostolicum venerit iterato, et obstinatoⁿ corde non acquieveris, et facie indurata nonne incurristi quasi ariolandi peccatum⁶, et in Balahal filii Beor consortium incidisti⁷. Preterea, etsi super hoc nostrum non recepisses mandatum, nec tamen deberes illis celebrare divina, nec participare cum eis, preterquam in illis que pertinent ad salutem, cum scias illos excommunicationis sententiam incurrisse, quam predictus Bethleemitanus episcopus tulit in eos, si a .VIII.^o Kalendas Iulii usque ad festum beati Iacobi proximo tunc venturum Lucanis in personis, et rebus per se, vel subditos suos offendere attemptarent, et ex eo nichilominus excommunicatione ligatos non ignores eosdem, quod communicant reprobo memorato, intendendo sibi et parendo ipsius dispositionibus et mandatis. Denique cum deberes ex officio pastoralis reducere propriis

^k In *Ughelli* intendens tibi

ⁿ In *R* abstinato

¹ In *Ughelli* affacinata

^o In *Ughelli* nono

^m In *Ughelli* faceret

⁴ Richiama Giovanni 15,17.

⁵ Ranieri: EUBEL, I, p. 134 e II, p. XVI.

⁶ «quasi ariolandi peccatum»: 1Re 15,23.

⁷ Numeri 22,5-6.

humeris oberrantes^p oves ad caulas^q, tu de pastore ne proprius dicamus in lupum, in mercenarium commutatus exposuisti gregem tibi commissum luporum rapacium^r morsibus lanandum^s, dum eis talem in rectorem prefici permisisti, cuius contagio maculati tendant ad interitum salutis eterne. Ecce quomodo diligis gregem tuum, ecce qualiter exequens officium pastorale, quod est infirmum consoli//das, et sic quod agrotum est sanas, nec non ita quod confractum est alligas, et abiectum reducis, et quod de ipso grege periit, sic requiris? Disciplinam namque videris, ut consilio perditus abiecisse, sic tuis ovibus providendo, et subtrahendo obedientiam et reverentiam sacrosancte Romane Ecclesie matri tue. Utinam saperes, et intelligeres, ac novissima providens non hec ei retribueres, que te creavit, et ad tantum provexit apicem dignitatis, que quoque nunc dicere de te potest: filium enutrivit, et exaltavi, ipse autem me contempnit, et spernit⁹; propter quod dolentes compellimur exclamare, penitet nos hominem hunc fecisse, cum propter^s hec de te non modicum confundamur et adversarii tui contra nos, qui te promovimus, materiam habeant insultandi, et^t nonnulli fratrum nostrorum nobis in faciem iam pluries insultarint, ex eo quod apostolice Sedi, et nobis te indevotum sic exhibes, et ingratum. Et quidem penitentiam nostram in te celeriter sortiri faceremus effectum, excessus huiusmodi taliter castigando, quod pena docente cognosceres, quam temerarium sit apostolicis non obedire mandatis, et^u brachia contra torrentem extendere, contraque stimulum calcitrare, nisi mansuetudo motum nostri animi temperaret, et non minus nostro, quam tuo parceremus^v pudori, cum vix sine nostra, qui te nonnullis contradicentibus et invitis promovimus, posses confusione confundi.

^p *In Ughelli aberrantes* ^q *In Ughelli causas* ^r *In R rapacum* ^s *In Ughelli prropter* ^t *Manca in Ughelli* ^u *Manca in Ughelli* ^v *In Ughelli pareremus*

⁸ Richiama Giovanni capitolo 10.

⁹ «filium...spernit»: riferimento a Isaia 1,2.

Adhuc igitur experiri volentes utrum in te saltem seinderis remanserit inextincta, ita quod huiusmodi obiurgationis vexatio tuo auditui tribuat intellectum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, et in virtute obedientie districte precipimus, quatinus mandatum prescriptum omni gratia, et timore mundano postpositis, illud infra octo dies post susceptionem presentium qualibet occasione, contradictione, ac appellatione cessantibus plene, ac fideliter exequaris, et ad^w sepedicti perfidi confusionem maiorem, et eius contumaciam confutandam, ipsum cum complicibus ac fautoribus suis singulis diebus Dominicis et festivis, pulsatis campanis, et candelis accensis, anathematizatum, et ab ecclesiastica unitate precisum, et tu ipse denunties, et facias per totam civitatem Pisanam, et eius diocesim publice nuntiari. Attentius provisurus, ut in civitate predicta interdicto conclusa, quamdiu sepedictus reprobus eidem prefuerit, nullum prorsus ecclesiasticum sacramentum preter baptisma parvulorum, et penitentias morientium ministretur, alioquin ex nunc^x te noveris ab officio pontificali, et sacerdotali suspensum, et sic usque infra mensem unum nostro te conspectui representes, responsurum de tanta inobedientia, et contemptu // et recepturum, quod te de nostri consilii circumspectio providerat decernendum.

Datum Signie^y, Septembris, pontificatus nostri anno octavo.

121*

<ante 1223, ottobre 30>

<Il capitolo arcivescovile arborense postula a Onorio III che venga concesso come nuovo arcivescovo Torgotorio, in quel momento vescovo di Terralba>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 122, dove Onorio,

120. ^w In R a ^x In Ughelli tunc ^y Segue spazio vuoto per un'ampiezza di 17 lettere

scrivendo all'arcivescovo di Torres e a quello di Cagliari afferma che «dilecti filii capitulum Arborense per suas literas nobis humiliter supplicarunt» a questo proposito.

122

1223, ottobre 30, Laterano

Onorio III – su richiesta dei capitolari della sede arborense – dà mandato all'arcivescovo di Torres e a <Mariano> arcivescovo di Cagliari di sciogliere dal vincolo con la sede terralbense il vescovo Torgotorio, se lo riterranno opportuno, affinché possa divenire arcivescovo di Arborea.

C o p i a [B] : BUCa, S.P. 6 bis 4.7, f. 29v. Il doc. è datato «III. Kalendas Novembris anno gratie .M.CC.XXIII», ma si ritiene che la *datatio* segua lo stile pisano poiché nel giugno 1224 Torgotorio risulta già regolarmente eletto arcivescovo di Arborea e a quella data si è già recato presso la Sede apostolica, con tutta probabilità per ottenere la consacrazione dal pontefice. Di ciò sembra accorgersi anche ZICHI, *Gli statuti*, p. 62 che però non esplicita.

E d i z i o n i : MARTINI, *Storia ecclesiastica*, I, p. 306; CDS, I/2, Appendice, doc. VI, pp. 881-882.

Cfr. doc. 121*.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus . . Turritano et .<Mariano>. Caralitano archiepiscopis¹. Salutem et apostolicam benedictionem.

Dilecti filii capitulum Arborense^a per suas literas nobis humiliter supplicarunt, ut cum eorum Ecclesia pastore vacante

122. ^a Così in Martini, si intendono forse l'istituzione e i singoli componenti come soggetti

122. ¹ Anonimo l'arcivescovo di Torres, Mariano quello di Cagliari, cfr. Appendice I.

venerabilem fratrem nostrum .T<orgotorium>. Terralbensem episcopum² eorum Ecclesie suffraganeum, virum, ut asserunt, litterarum providum et honestum concorditer in suum archiepiscopum postularint, eum sibi concedere dignemur.

Ne igitur Ecclesia ipsa pro ulteriori defectu pastoris gravius sustineat detrimentum, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus postulationem ipsam examinantes sicut convenit diligenter, si eam de persona litterata alias et idonea que tanto congruat oneri et honori inveneritis canonicè celebratam, eam auctoritate nostra sublato appellationis obstaculo confirmetis, et eum a regimine Terralbensis episcopatus^b absolventes detis ei auctoritate nostra licentiam se ad Arborensem Ecclesiam transferendi^c. Quod si non ambo hiis exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Datum Laterani .III. Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno octavo^d, anno vero^e gratie, .M.CC.XXIII.

123

1223, ottobre 30, Laterano

<Onorio III> scioglie l'arcivescovo di Cagliari dall'interdetto a consacrare i primi due eventuali successori del contemporaneo vescovo di Sulci; interdetto che gli era stato comminato per aver osato consacrare questo vescovo, nonostante il divieto di B<artolomeo>, legato pontificio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 12*, f. 115v, ep. 79. Sul lato esterno di 115v, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: *LXXVIII*; sullo stesso lato, all'altezza della prima riga, è riportato l'indirizzo sul margine; all'altezza della seconda riga, una croce.

122. ^b *In B* episcopi ^c *In Martini* transfretandi ^d pontificatus nostri anno octavo *manca in Martini* ^e *Manca in Martini*

122. ² Cfr. Appendice I.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 4547, pp. 170-171; SCANO, I, LXXXVI, p. 57.

Cfr. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Mariano>. Calaritano archiepiscopo¹

Lenti ad penam et faciles ad veniam cupientes, salvo tamen iustitie moderamine, inveniri satis nos arbitramur punisse peccantem cum ipsum displicentem^a sibi peccato ad perfectam penitentiam revocamus. Cum, igitur, pro eo quod venerabilem fratrem nostrum .<Bandinum>. Sulciensem episcopum², tunc electum, contra prohibitionem dilecti filii .B<artholomei>. subdiaconi et capellani nostri tunc apostolice Sedis legati temere consecraras, nos in eo quod deliqueras te leniter tamen punire volentes interdixerimus tibi ne primum et secundum ipsius episcopi successores presumeres consecrare; quia penam huiusmodi suscipiens reverenter non tam pro pena quam pro culpa visus es amare dolere de abundantiori misericordia interdictum huiusmodi misericorditer relaxamus.

Datum Laterani, .III. Kalendas Novembris, anno octavo.

124*

<ante 1223, novembre 25>

<Il vescovo di Castra scrive a Onorio III chiedendogli il permesso di poter ordinare alcuni canonici della propria diocesi>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 125, dove Onorio III nel concedere al vescovo di Castra quanto richiestogli fa riferimento ad una postulazione del vescovo.

123. ^a *In R* displicente

123. ¹ Cfr. Appendice I.

² Cfr. Appendice I.

125

1223, novembre 25, Laterano

<Onorio III> concede al vescovo di Castra, che ne ha fatto esplicita richiesta, di ordinare i canonici della sua chiesa, purché ciò non sia di danno agli altri eventuali canonici della diocesi.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 12, ff. 122v-123r, ep. 105. Sul lato esterno di 112v, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: CV; sullo stesso lato e alla stessa altezza, più esterna, una corce; sul margine all'altezza della prima riga è riportato l'indirizzo.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXXVII, p. 57.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 4578, pp. 176-177.

Cfr. doc. 124*.

. . *episcopo Castrensi*¹

A nobis humiliter postulasti ut cum Ecclesiam tuam, ex concessione nostra, valeas de canonicis ordinare cui credis potius expedire, si de presbiteris regularibus ordinetur, tibi daremus licentiam ipsam de talibus ordinandi. Sperantes itaque quod eam super Ecclesia tibi commissa geras officii tui sollicitudinem, ut ad id quod ei magis expedire videtur intendas fraternitati tue licentiam concedimus po//stulatam proviso ut canonicis aliis, si qui iam sunt in Ecclesia constituti predicta, nullum ex hoc quamdiu vixerint preiudicium generetur.

Nulli ergo *et cetera* nostre concessionis. Siquis *et cetera*.

Datum Laterani, .VII. Kalendas Decembris, anno octavo.

126*

<*ante* 1224, maggio 6>

125. ¹ Nome sconosciuto, cfr. Appendice I.

<Il vescovo di Castra chiede a Onorio III la remissione dalla promessa di partire per la Terrasanta in cambio di un contributo di 200 lire in genovini minuti già depositati a Genova>.

L'esistenza di questo doc. è ricavabile dal n° 127, dove Onorio III, nel rimettere dall'obbligo di partenza il vescovo dice di accondiscendere alle sue «humilibus precibus».

127

1224, maggio 6, Laterano

<Onorio III> scioglie il vescovo di Castra dalla promessa di partire per la Terrasanta in cambio di un contributo di 200 lire in genovini minuti depositati a Genova.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 12*, f. 186v, ep. 418. Sul lato esterno di 186v, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: *CCCCXVIII*; sul margine è riportato l'indirizzo all'altezza dell'ultima riga del documento precedente.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXXVIII, pp. 57.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 4962, p. 243.

Cfr. docc. 4, 10, 14, 26, 53, 61, 68, 69, 74-83, 91, 106, 110, 126* e Introduzione, parte II, cap. 2 a.

. . *episcopo Castrensi*¹

Cum olim vovens transire in subsidium Terre Sancte ac demum corporis tui debilitate pensata ducentas libras Ianuensium parvorum apud Ianuam deposueris in ipsius Terre subsidium deferendas, nos, tuis humilibus precibus annuentes, te a dicto voto reddimus absolutum et, secundum subsidii quantitatem et devotionis affectum, illius remissionis participem que

127. ¹ Nome sconosciuto, cfr. Appendice I.

proficiscentibus in iam dicte Terre sancte succursum vel in eam subsidium destinantibus concessa fuit in concilio generali².

Datum Laterani, .II. Nonas Maii, anno octavo.

5^a missione dalla Sardegna alla Sede apostolica

<ante 1224, giugno 6>

<L'arcivescovo di Arborea Torchitorio in missione presso la Sede apostolica, date le difficoltà anche economiche connesse con un lungo viaggio dalla Sardegna alla Sede apostolica, chiede a Onorio III la facoltà di concedere lo scioglimento dalla scomunica a coloro che vi sono incorsi per aver inferito violenze ad ecclesiastici; nella stessa occasione chiede il rinnovo della concessione delle proprietà della sua Chiesa>.

L'esistenza di questa missione si ricava dalla lettura del n° 128, dove Onorio, scrivendo all'arcivescovo di Arborea, afferma che i problemi gli erano stati *proposti* «in nostra presentia».

128

1224, giugno 6, Laterano

<Onorio III>, date le difficoltà anche economiche connesse con un lungo viaggio dalla Sardegna alla Sede apostolica, concede all'arcivescovo di Arborea di sciogliere dalla scomunica coloro che vi sono incorsi per aver inferito violenze ad ecclesiastici, a meno che il crimine non sia molto grave o lo scomunicato recidivo.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 12*, f. 196v, ep. 454. Sul lato esterno di 196v, all'altezza della seconda riga del docu-

127. ² COD, *Lateranense IV*, const. [71], *Expeditio pro recuperanda Terra sancta*.

mento, la cifra: CCCCLVIII; sul margine, all'altezza della prima riga è riportato l'indirizzo.

E d i z i o n i : SCANO, I, LXXXIX, p. 58.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 5031, p. 255.

Cfr. 5^a missione dalla Sardegna alla Sede apostolica.

.<Trogotorio>. *archiepiscopo Arborensi*¹

Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, nonnulli tue diocesis pro iniectioe manuum violenta in clericos et alias religiosas personas in canonem late sententie incidentes, tum propter loci distantiam et difficultatem itineris, tum propter expensarum defectum, venire non possint ad Sedem apostolicam absolvendi, ac per hoc in excommunicatione decedant; nos huiusmodi periculo remedio volentes occurrere salutari, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si tue diocesis sacrilege manus iniector infra quindecim dies maxime postquam fuerit requisitus iniuriam passo satisfecerit competenter, ei iuxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas, nisi tam gravis fuerit et enormis excessus ut merito sit ad Sedem apostolicam destinandus, vel iniuriator talis extiterit qui alia vice similem commisisset excessum unde iuramentum in absolutione sua prestitum violarit, propter quod huius gratie reddiderit se indignum.

Nulli ergo nostra concessio *et cetera*. Si quis *et cetera*.

Datum Laterani, .VIII. Idus Iunii, anno octavo.

129

1224, giugno 11, Laterano

<Onorio III> conferma all'arcivescovo d'Arborea e ai suoi successori le proprietà che l'arcivescovado ha ottenuto grazie

128. ¹ Cfr. Appendice I.

alle donazioni giudicali e che in precedenza erano state confermate dai pontefici Urbano <II>, Adriano <II> e Alessandro <III>: le chiese di S. Maria di Oristano, S. Andrea di *Truschedu*, S. Stefano di Nuragus, di S. Pantaleone di Nuraxinieddu, S. Pietro di Urassara, S. Teodoro di Parte di Milis, S. Maria di Milis, S. Maria di Seneghe, S. Parmenio e S. Maria di Ghilarza, S. Vittoria di *Alasla*, S. Giorgio di Atzara, S. Maria di Ortuveri, S. Martino e S. Sperate di Lacon Vetere, S. Sofia di Sarcidano, S. Lussorio di Lacon Maggiore, S. Maria di Assolo, S. Giorgio di Asuni, S. Pietro di *Kersos*, S. Marco di Zerfaliu, S. Lussorio e S. Pantaleone di Fordongianus, con tutte le loro pertinenze; conferma inoltre la proprietà delle curie di *Buzakeri*, di *Zizalamus*, di Bonarcado, di Seneghe, di Arcidano Maggiore, di Castro, e la villa di *Nurampèe*, con tutte le loro pertinenze. Gli conferma il diritto all'uso del pallio durante le principali feste dell'anno e l'uso della croce concessogli da Adriano <II> in tutta la sua provincia.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 12*, ff. 201v-202, ep. 481. Sul lato esterno di 201v, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: CCCCLXXXI; sul margine, all'altezza della prima riga, è riportato l'indirizzo.

E d i z i o n i : SCANO, I, XC, pp. 58-60.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 5039, p. 256.

*Trogotorio Arborensi archiepiscopo eiusque successoribus canonicè substituendis imperpetuum*¹

In apostolice Sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros archiepiscopos tam vicinos quam longe positos fraterna debemus caritate diligere et eorum quieti ac tranquillitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Eapropter, venerabilis in Christo frater Trogotori Arborensis archiepiscopo, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum

nostrorum felicitis memorie Urbani, Adriani et Alexandri² Romanorum pontificum vestigiis inherentes, prefatam Ecclesiam cui <Deo> auctore preesse dignosceris, quasi specialem sacrosancte Romane Ecclesie filiam, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et quicquid parrochiarum vel metropolitico vel episcopali iure ad eandem Ecclesiam noscitur rationabiliter pertinere // quecumque etiam ab Arboree iudicibus iam dicte Ecclesie pietatis intuitu concessa sunt, vel scriptis autenticis roborata, tibi tuisque successoribus presentis scripti privilegio confirmamus. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, procurante Domino, poterit adipisci, firma tibi prescripteque Ecclesie et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sancte Marie de Aristanis^{3a} cum omni territorio suo, servis, ancillis, terris cultis et incultis, vineis et omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Andree de Truischeto⁴ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Stephani de Nuragiis⁵ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Pantaleonis de Nuraginiellu⁶ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Petri de Urassara^{7b} cum omnibus pertinentiis

129. ^a *In R De Daristanis*

^b *In R De Durassara*

² Urbano II (1088-99), Adriano II (1154-59), Alessandro III (1159-81): cfr. *IP*, X, p. 454 docc. *1, *2, *3, ricostruiti da Kehr sulla base di questo documento di Onorio III.

³ Santa Maria, chiesa cattedrale di Oristano, in giudicato e diocesi di Arborea.

⁴ Sant'Andrea, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Villanova Truschedu.

⁵ S. Stefano di Nuragus nell'attuale omonimo comune, in giudicato e diocesi di Arborea.

⁶ S. Pantaleo di Nuraxinieddu, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Oristano.

⁷ S. Pietro de *Urasa*, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Solarussa.

suis; ecclesiam Sancti Theodori de parti de Mili cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Mili⁸ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Seneghe⁹ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Parmenii et Sancte Marie de Gilarci¹⁰ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam sancte Victorie de Alasla¹¹ cum ecclesiis, terris, que sunt ibi cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Georgii de Azzara¹² cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Ortuerei¹³ cum omnibus pertinentiis suis; in Lacon Bedere ecclesias Sancti Martini et sancti Speradi et Sancte Sophie de Sarchidannu¹⁴ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Ruxorii de Lacon Maiore¹⁵ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Arsolo¹⁶ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Georgii de Asuni¹⁷ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Petri de Kersos^{18c} cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Marci de Zufarfaliu¹⁹ cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Ruxorii et Sancti Pantaleonis de Foro

^c *O forse Kerfos*

⁸ Probabilmente S. Teodoro e S. Maria di S. Vero Milis in giudicato e diocesi d'Arborea.

⁹ S. Maria, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Seneghe.

¹⁰ S. Maria e S. Palmerio, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Ghilarza.

¹¹ Probabilmente Ollolai, in giudicato di Arborea e diocesi di S. Giusta.

¹² San Giorgio di Atzara, nell'attuale omonimo comune, in giudicato d'Arborea e diocesi di S. Giusta.

¹³ S. Maria, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Ortuerei.

¹⁴ S. Martino, S. Sperate e S. Sofia, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Laconi.

¹⁵ S. Lussorio, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Laconi.

¹⁶ S. Maria, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Assolo.

¹⁷ S. Giorgio, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Asuni.

¹⁸ Forse Baratili San Pietro?

¹⁹ S. Marco, in giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Zerfaliu.

Troiani²⁰ cum omnibus pertinentiis suis; curiam de Buzakeri²¹ cum omnibus pertinentiis suis; curiam de Zizalamus^{22d} cum omnibus pertinentiis suis; curiam de Bonarcato²³ cum omnibus pertinentiis suis; curiam de Seneghe²⁴ cum omnibus pertinentiis suis; curiam de Arkitano maiori²⁵ cum omnibus pertinentiis suis; curiam de Castro²⁶ cum omnibus pertinentiis suis et villa de Nurampee²⁷ cum omnibus pertinentiis suis. Palleo quoque tibi concesso utaris diebus inferius annotatis, videlicet: in Nativitate Domini, festivitate protomartiris Stephani, Circumcisione Domini, Epyphania ypopanti, Dominica in ramis palmarum, Cena Domini, Sabbato Sancto, Pasca, feria secunda post Pasca, Ascensione, Pentecostes, tribus festivitibus Beate Marie, natali Beati Iohannis Baptiste, sollempnitatibus omnium apostolorum, commemoratione omnium sanctorum, dedicationibus ecclesiarum, anniversario consecrationis tue die et festivitibus sancti Nicolai et sancti Marci martiris ad quos iudex Arborensis et populus tue provincie consueverunt sollempniter convenire; Ecclesie tue principalibus festivitibus, consecrationibus episcoporum et ordinationibus clericorum. Preterea usum crucis per totum archiepiscopatum Arborensem, sicut a predicto predecessore nostro Adriano papa antecessoribus tuis concessum est, nos tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus.

^d *O forse Zizalanus*

²⁰ San Lussorio e Pantaleo, in giudicato d'Arborea e diocesi di S. Giusta, nell'attuale comune di Fordongianus.

²¹ *Busurtei*, nell'attuale comune di Sedilo in giudicato d'Arborea e diocesi di S. Giusta.

²² *Sitzamus*, nell'attuale comune di Siddi in giudicato d'Arborea e diocesi di Usellus.

²³ In giudicato e diocesi di Arborea, nell'attuale comune di Bonarcado.

²⁴ In giudicato e diocesi di Arborea, attuale comune di Seneghe.

²⁵ Oggi S. Nicolò d'Arcidano in giudicato di Arborea e nella diocesi di Terralba.

²⁶ Località *Crastu*, tra gli attuali comuni di Laconi e Genoni, in giudicato e diocesi di Arborea.

²⁷ Loc. *Nurampej*, presso Ruinas (Oristano).

Decernimus, ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice Sedis auctoritate.

Si qua, igitur, in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani, per manum magistri Guidonis domini pape notarii, .III. Idus Iunii, indictione .XII. incarnationis Domini anno .M.CC.XXIII., pontificatus vero domini Honorii pape .III. anno octavo.

130

1224, dicembre 3, Santa Gilla

Benedetta, giudicessa di Cagliari e marchesa di Massa giura fedeltà alla Sede apostolica nelle mani del legato pontificio Gotifredo dei Prefetti di Vico.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 13*, ff. 64r-64v, ep. 344. Sul lato esterno di 64r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: CCCXLIII; sullo stesso lato, più esterna, all'altezza della prima riga: *Littere ad dominum papam*.

E d i z i o n i : RODENBERG, 261, pp. 187-188.

R e g e s t i : PRESSUTTI, I, Appendice, n° 71, p. LVI; SCANO, I, XCI, pp. 61-62.

Cfr. Introduzione, parte II, capp. 2 c/d.

Littere ad dominum papam

In nomine Domini Amen.

Ego Benedicta donicella marchisana Masse et iudicissa Kalaritana¹, persistens in pleno statu et sensu meo, non vi coacta nec dolo malo inducta, sed mea propria et voluntate spontanea, vobis domino Gottifrido Prefecti Urbis domini pape subdiacono et capellano, totius Sardinie et Corsice legato², recipienti nomine Romane Ecclesie ab hac hora in antea viginti libras argenti nomine census pro regno meo Kalaritano sive iudicatu ac tota terra quam habeo in Sardinia, que omnia me confiteor ab ipsa Ecclesia possedissee hactenus et possidere in futurum, in festo omnium sanctorum promitto solvere annuatim. Item promitto quod nullus de novo efficietur iudex vel iudicissa in ipso regno sive iudicatu quin iurent fidelitatem ipsi Ecclesie et facient omnes liberos terre sive terremagnenses habentes feudum ab eis in principio sue dignitatis iurare fidelitatem Ecclesie memorate. Item iudex et iudicissa procurabunt legatum Sedis apostolice sicut archiepiscopus Kalaritanus et cum primo ipsum recipient iudex Kalaritanus addextrabit eum pedester per decimam partem miliaris unius. Item iudex et iudicissa Kalaritani omnia spiritualia dimittent libere ipsi Ecclesie non obstantibus consuetudine aliqua vel abusu. Item iudex Kalaritanus non recipiet uxorem nec iudicissa // maritum sine speciali eiusdem Ecclesie licentia et mandato. Item, si iudex vel iudicissa Kalaritani decedent sine filiis masculis vel feminis, totam terram libere et absolute ipsi Ecclesie relinquere teneantur, salvo tamen quod tertiam partem mobilium pro anima sua libere derelinquant. Item, cum iudex vel iudicissa de novo efficientur in ipso regno sive iudicatu Kalaritano, ad curiam Romanam personaliter accedent vel sollempnes nuntios destinabunt infra spatium duo-

130. 1 Cfr. Appendice II.

² Gottifredo dei Prefetti di Vico.

rum mensium a die sue dignitatis incipientium, pro vexillo in signum dominii a Sede apostolica humiliter obtinendo. Item guerram et pacem facient ad mandatum ipsius Ecclesie contra universos et singulos per Sardiniam constitutos qui forte aliquo tempore presument ipsi Ecclesie in aliquo rebellare. Item nulli statuentur ad custodiam castrorum vel arcium ipsius regni sive iudicatus Kalaritani, quin primo iurent honorem, libertates et iura eiusdem Ecclesie per omnia et in omnibus firma et illibata bona fide ac sine fraude servare. Insuper, autem, ut hec omnia in posterum firma permaneant, obligo me meosque heredes ad penam decem milium marcarum argenti si contra predicta vel aliquod predictorum per me vel meos heredes sive per aliquam submissam personam tempore aliquo venire temptabo et pena soluta idem scriptum plenam obtineat^a firmitatem. Verum, ad maiorem firmitatem^b ipsius Ecclesie, corporali a me iuramento prestito de predictis omnibus observandis presens scriptum feci exinde fieri tam bulle regni Kalaritani sive iudicatus, quam sigilli proprii munimine roboratum.

Actum in inferiori camera palatii venerabilis patris .<Mariani>. archiepiscopi Kalaritani³ apud villam Sancte Cecilie, presentibus magistro Iohanne preposito Fori Populensis, presbitero Benevenuto rectore ecclesie Sancti Michahelis Lambertaticorum Bononiensis, magistro Benedicto Cortese clerico, domini Ranerii Sancte Marie in Cosmidin diacono cardinali⁴, nobilibus viris Bonifacio germano ipsius domini Gottifridi legati Sardinie et Corsice, et Ranutio Fortiguerre Urbevetanis militibus.

Anno Domini nostri millesimo ducentesimo .XX.III. indictione .XII., .III. Nonas Decembris, pontificatus domini Honorii pape .III. anno nono.

130. ^a *In R* obtineant ^b *La parola, inizialmente dimenticata nella trascrizione dello scrivano, è aggiunta tra la fine di una riga e l'inizio della successiva così divisa firmi-tatem*

³ Cfr. Appendice I.

⁴ Ranieri Capacci (1216-1244), EUBEL, I, p. 3.

131*

<ante 1226, giugno 11>

<Onorio III scrive al Comune di Pisa minacciando che se non verranno al più presto eseguiti i suoi ordini, che prevedono tra l'altro il richiamo dalla Sardegna di Ubaldo Visconti, ordinerà a tutte le città della Toscana di non commerciare con la città; di non assumere podestà pisani e di dichiarare nulli le sentenze e gli *instrumenta* emessi da giudici e notai della stessa. Infine minaccia di privare la Chiesa pisana della dignità metropolitana>.

L'esistenza di questa lettera si ricava dal n° 132 dove Onorio III afferma di averli già avvisati «per easdem litteras».

132

<1226>, giugno 11, Laterano

<Onorio III> rimprovera duramente il podestà e il popolo di Pisa per aver favorito l'invasione del giudicato di Cagliari da parte di Ubaldo <Visconti>, non solo non impedendogli la partenza per il giudicato o richiamandolo dall'isola, ma addirittura catturando e tenendo in carcere il marito della giudicessa, Enrico *de Ceole*. Il pontefice ordina che il giudicato venga immediatamente reso a <Benedetta di Massa>, altrimenti ordinerà a tutte le città della Toscana di non commerciare più con Pisa e di ritenere nulle le sentenze emesse dai giudici della città e di non inviare più alcun loro concittadino come podestà. Se ciò non dovesse bastare, minaccia di privare Pisa della metropoli.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 13*, f. 135v, ep. 306. Sul lato esterno di 135v, all'altezza della terza riga del documento, la cifra: CCCVI; sullo stesso lato all'altezza dell'ultima riga del precedente e della prima di questo è riportato l'indirizzo.

E d i z i o n i : SCANO, I, XCII, pp. 62-63.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 5990, p. 433.

Cfr. docc. 12, 20, 22, 35, 36, 40, 43-46, 58-61, 69, 70, 90, 91, 96, 99,

100, 102, 107-109, 113-120, 131*. Appendice documentaria Const. 3. Introduzione, parte II, cap. 2 b.

.<Ugoni>. *potestati¹ et populo Pisanis spiritum consilii sanioris*

Iam per vos ipsos videre potestis quod expectare debetis ex eo quod invasistis apostolice Sedis iura, ad que detinenda sic pertinaciter animus obfirmastis, quod ad restitutionem ipsorum, licet diversis modis et variis institerimus, utendo interdum blanditiis quandoque comminationibus et terroribus et demum severitatem adhibendo distractionis ecclesiastice, induci hactenus nequivistis. Forte dicturi estis quod produci-mus unius crimen innumerum^a, vel multos in unius persona dampnamus, sed considerate si culpa vos preterit, quia cum vobis post diversa monita et mandata per quasdam litteras mandaverimus, ut dilecte in Christo filie nobilis mulieris donnicelle terram ipsius ad Romanam Ecclesiam pertinentem a reprobis illo Ubaldo cive vestro immo a vobis^b occupatam libere absolute atque plenarie restitui faceretis transire ipsum in Sardiniam nullatenus permittentes et redire inde facientes eundem si iam illuc forsitan pertransisset, vos non solum hoc facere contemp-sistis, sed etiam dilectum filium nobilem virum Henricum de Ceule, maritum mulieris eiusdem, in maiorem nostram et apo-stolice Sedis iniuriam capientes, aliquamdiu detinuistis carceri mancipatum; liquido innuentes ex hoc quod vobis non displicet quod dictus Ubaldo in bonis Sedis apostolice debachatur, sed in hoc videmini potius delectari, cum vos facti participes culpe sue in peccato foveatis eundem et gratis portetis iniquitatem ipsius suis utilitatibus cum vestro periculo intendentis, quod si unus tante iniquitatis est auctor, quod in suffragium excusationis habetis cum in hoc et ante causam vulneratam providere

132.^a *Lettura dubbia* ^b *Correzione sul margine sinistro, in R unius*

132. ¹ Ugo Rossi da Parma (1225 (ottobre 4-9) dicembre 10 - 1226 novembre 6): CECCARELLI, *I Podestà*.

potueritis et postmodum remedium invenire ac negligere cum possitis perturbare perversum nichil sit aliud quam fovere. Certe, si ille tam graviter in vos et civitatem vestram delinqueret, nequaquam hoc pateremini, sed exigeretis potius, exquisita pena, vindictam et tantam eius insolentiam contra matrem vestram Romanam Ecclesiam sustinetis. Et quod si queratur quos et quot habet ipse in civitate vestra pares, oportebit diu retardari responsum et sermonem diffuso numero prorogari.

Licet autem diu expectaverimus expectantes an magis in hac parte nobis obedire velletis quam illum sequi trahentem vos ad perpetue confusionis obprobrium nec curantem quod de vestro agitur periculo et ruina, adhuc tamen probare volentes si vobis precavendum duxeritis, ne honorem vestrum et gloriam amittatis^c iterum atque iterum acclamamus, pulsamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes quatinus, attendentes quam durum vobis sit Deo et Sedi apostolice adversari quamquam stultum et fatuum sustinere, quod pro unius peccato civitas vestra in profundum confusionis deveniat et ignominia perpetua^d vestre facies impleantur, predicte nobili terram suam iuxta predictarum litterarum continentiam restitui faciatis; prefatum Ubaldum de Sardinia protinus revocantes, ut sic auferatis tantum malum a vobis et tam grande aboleatis opprobrium in quod videmini esse deducti subsannantibus multis quod vos tanquam fascinati que consuevistis virtute ac prudentia precedere alios unum que non est aliis potentia vel nobilitate superior quasi dominum servi sequimini et tanquam non videntes in devium ducimini ab eodem. Quod si preceptis nostris hac etiam vice omiseritis acquiescere, noveritis nos, sicut per easdem litteras fuimus contestati, civitatibus Tuscie nostris litteris [dare] in mandatis, ut donec iuxta mandatum nostrum terra ipsi nobili fuerit restituta, et Deo et nobis plene de tanta iniuria satisfactum, in commerciis vos devitent nullusque de civitatibus ipsis potestariam

^c *In R ammittatis*

^d *Corretto su perpetue*

vel aliquod regimen vestre civitatis assumat, et quod dampnari debent acta quorum dampnantur auctores decernimus, et hoc ipsum eisdem civitatibus nuntiamus ut sententie quas tulerint iudices vestri et instrumenta qua vestri tabelliones confecerint nullam penitus obtineant firmitatem. Ceterum cum in contestatione quam fecimus adiectum fuerit litteris supradictis, quod privaremus vos, si nolletis acquiescere, metropolitana dignitate, et id solum, cum iam processerimus ad alia, restet agendum, pro constanti tenere potestis quod hoc idem, si apud vos non sic forsitan profecerimus, faciemus.

Datum Laterani, .III. Idus Iunii.

133*

<ante o contemporaneo a 1226, giugno 12>

<Onorio III incarica il suddiacono e cappellano pontificio, Gottifredo dei Prefetti di Vico, legato in Sardegna e Corsica, di dichiarare legittimo il matrimonio tra Benedetta di Massa e il lucchese Enrico *de Ceole*>.

L'esistenza di questo doc. si ricava dal n. 134, dove il papa fa riferimento al suo mandato al legato.

134

<1226>, giugno 12, Laterano

<Onorio III> informa Benedetta <di Massa, giudicessa di Cagliari> di aver dato ordine al suddiacono e cappellano pontificio G<ottifredo dei Prefetti di Vico>, legato in Sardegna – che ha già espresso opinione favorevole in merito –, di dichiarare legittimo il suo matrimonio con Enrico *de Ceole*, nonostante sia stato stipulato senza prima aver ottenuto il consenso della Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, Reg. Vat. 13, ff. 135r-

135v, ep. 304. Sul lato esterno di 135r, all'altezza della seconda riga del documento, la cifra: CCCIII; all'altezza della prima riga, l'indirizzo.

E d i z i o n i : SCANO, I, XCIII, p. 64.

R e g e s t i : PRESSUTTI, II, 5992, p. 433.

Cfr. doc. 133* e Introduzione, parte II, cap. 2 c/d.

Nobili mulieri donnicelle Benedicte^a

Licet^b incaute fecisse noscaris accipiendo sine licentia nostra virum, cum tibi mandaverimus, ut maritum non acciperes, nisi prius nobis nominata persona nostram super hoc licentiam obtineres; nos tamen misericordia preveniendo iudicium, cum intellexerimus te cum dilecto filio nobili // viro Henrico de Ceole, diocesis Lucane, legitime matrimonium contraxisse, dilecto filio .G<ottifrido>¹. subdiacono et capellano nostro, apostolice Sedis legato, suum super hoc accomodante consensum, ratum habemus sicut est legitimum matrimonium memoratum.

Datum Laterani, .II. Idus Iunii.

134. ^a L'indirizzo è solo sul bordo del foglio
ha inserito l'iniziale

^b In Ricet, poiché il copista non

134. ¹ Goffredo dei Prefetti di Vico.

APPENDICE DOCUMENTARIA

1226, novembre 13, Santa Giusta

Gottifredo dei Prefetti di Vico, suddiacono e cappellano pontificio, legato in Sardegna e Corsica, indice a Santa Giusta un concilio alla presenza degli arcivescovi, vescovi e altri prelati della Sardegna i cui atti, suddivisi in 27 costituzioni, prevedono: 1) che all'elezione di un arcivescovo o di un vescovo presenzino rispettivamente i suoi suffraganei o il suo metropolitano, per evitare abusi o interferenze di laici o il rischio di simonia, nonché che il capitolo competente scelga secondo i canoni del Lateranense IV; 2) che i *collegia ecclesiarum* che godono di speciali privilegi si eleggano secondo i canoni degli stessi, mentre gli altri chierici vengano eletti dal loro vescovo, evitando il rischio di simonia o interferenze di laici; per le chiese sottoposte a patronato laico la scelta e l'elezione avvengano dopo averne informato il patrono; 3) poiché i chierici pisani favoriscono le attività di Ubaldo <Visconti> e si impegnano a sottrarre la Sardegna alla proprietà della Sede apostolica – alla quale appartiene, come testimoniato nel *liber censuum* – si stabilisce che nessun ecclesiastico della città, contado o distretto di Pisa possa ottenere dignità ecclesiastiche nell'isola senza una licenza pontificia, sino a quando gli abitanti del *castrum* <Kalaritanum> e i Pisani stessi saranno ribelli alla Sede apostolica; 4) che i chierici non possano essere ordinati da un vescovo che non è il loro senza l'assenso di questi; né i servi ordinati senza l'assenso del loro signore che dovrà liberarli; 5) che i figli di presbiteri o comunque illegittimi non possano accedere all'ordinazione sacerdotale – cosa che invece in Sardegna avviene nonostante i divieti –; 6) che i vescovi assegnino un beneficio ai loro chierici; 7) che i figli di ecclesiastici da concubine di condizione libera siano ridotti in servitù, la metà della prole vada al vescovo della diocesi, l'altra metà al signore della terra; le donne che perseverano nel concubinato oltre un mese dall'ammonizione siano ridotte in servitù; 8) nel caso di un laico che ha come concubina una sua serva e non

receda dallo stato concubinario entro un mese dall'ammonizione episcopale, si riduca l'eventuale prole in servitù, divisa tra vescovo e signore del regno; nel caso di un presbitero o prelado, la prole sia serva della sua Chiesa e la donna del suo vescovo; nel caso di un chierico senza Chiesa, la donna vada al vescovo, la prole al signore del regno e il trasgressore sia privato dell'ufficio; 9) che i chierici si distinguano chiaramente dai laici per comportamento e tenuta; 10) che i paramenti e gli arredi sacri siano tenuti in ordine, puliti e nuovi; 11) che il sacerdote celebri la messa sempre alla presenza di almeno un chierico, con le luci accese e mescolando sempre acqua e vino per il rito eucaristico; 12) che nessun chierico porti con sé verghe o coltelli, se non privi di punta, così da non poter arrecare danno al proprio prelado; 13) che nessun servo di una Chiesa porti con sé verghe e coltelli in presenza dei propri signori, a meno che non stia cavalcando con loro; 14) che non si imponga alcuna forma di tassazione agli ecclesiastici e alle loro Chiese; 15) poiché i signori delle terre, i curatori e altri loro ufficiali impongono sulle Chiese e gli ecclesiastici tasse e collette indebite, opprimendo ed estorcendo ai servi e alle serve delle Chiese metà di quanto devono alle stesse, costoro siano scomunicati; 16) che tutti, sotto pena di scomunica, devolvano alle Chiese cui spettano le decime, le oblazioni per i defunti e i beni testamentari donati alle stesse; 17) che i chierici, a proposito di testamenti a favore delle Chiese o per qualunque causa spirituale, si rivolgano solo al loro vescovo o a un giudice da questi delegato; 18) che a una persona di condizione libera scomunicata da più di un anno si confiscino tutti i beni; se si tratta di servi di Chiese siano puniti dal loro arcivescovo o vescovo; 19) che queste persone non possano accedere ad alcun ufficio pubblico; i chierici vengano sottoposti a sanzioni canoniche; 20) che i giudici facciano rispettare i mandati degli arcivescovi e vescovi e gli statuti approvati nei concili provinciali; 21) che non si contraggano matrimoni tra parenti secondo le regole del Lateranense IV; 22) che si assolva chi, scomunicato per quanto scritto al n° 21 e vedovo, chiede in un'altra provincia ecclesiastica di essere assolto per poter accedere a nuovo matrimonio; 23) che quanto stabilito ai nn. 21 e 22 abbia

in Sardegna valore di legge per chiunque; 24) che le disposizioni e i negozi realizzati dall'archipresbitero senza consultazione e approvazione dei canonici non siano validi; che i canonici vivano in comunità e scelgano tra loro un camerario; 25) che nessun chierico, ricevuto un incarico, possa possedere niente; 26) che i chierici che vogliano partire per migliorare la propria istruzione teologica continuino a percepire integralmente la loro rendita, provvedendo di trovare, se titolari di una parrocchia, un degno sostituto; per l'istruzione di tutti gli altri chierici, la Chiesa metropolitana si doti di almeno un dottore in grammatica; 27) che le mogli delle persone di condizione libera di qualunque grado possano recarsi in chiesa almeno la domenica e in occasione delle festività solenni.

C o p i a s e m p l i c e [B]: BUCa, S.P. 6 bis, 4.7, ff. 1r-14r.

E d i z i o n i : MARTINI, *Storia ecclesiastica*, II, pp. 15-27; ZICHI, *Gli statuti*, pp. 73-85, del quale si riporta qui l'edizione adattata nei criteri.

[L]Atissima beneficia redemptoris, que prudentiam in terrenis et in supernis sapientiam thesaurizant¹, de amplitudine altioris vie procedunt et, si studio sancte meditationis et operationis beate glutino tenacis memorie colligata fuerint pariter et conexas, uberius in altum pullulant^a de cespite memorato, propter quod «vinee florentes dederunt odorem»² in portis nostris et «lignum secus aquarum decursus»³ fructus parturit gratiosos sicque cristallus vertitur in bucellam⁴ et lapis in es divino calore solutus⁵. Sed quia inter amena virtutum sepe oriuntur

^a *La seconda l in interlinea*

¹ «sapientiam thesaurizant» riferimento a Ecclesiaste 4,21.

² Cantico 2,13.

³ Riferimento a Salmi 1,3.

⁴ Riferimento a Salmi 147,17.

⁵ «lapis ... solutus»: Giobbe 28,2.

pestifere vitiorum radices, quia et olim in orto deliciarum fuerunt arbores et olera generum diversorum que quanto // altius crescunt in stipite tanto queque circa se suffocant in culmine, ideo ad honorem Dei omnipotentis et genitricis ipsius ac eciam domini Honorii papa .III., nos Gottifredus prefecti urbis, domini pape subdiaconus et capellanus et apostolice Sedis in Sardinia et Corsica legatus attendentes quod non bene seritur nisi prius expietur serendi locus, archiepiscoporum, episcoporum aliorumque Sardinie prelatorum consilio habito, ad resecanda vitia et plantandas virtutes in insula eadem, auctoritate Domini freti ad Ieremiam loquentis: «Ego misi te ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et hedifices et plantes»⁶, et etiam angeli clamantis in Apoch(alypsi) ad sedentem super nubem: «mitte falcem accutam quia venit hora ut metatur quoniam aruit messis terre»⁷, apud episcopatum Sancte Iuste provinciale concilium duximus faciendum in quo//que imperius adnotantur statuimus et volumus firmiter observari.

1. [Q]uia «inimico superseminante zizania»⁸ in substituentis archiepiscopis et episcopis frequenter discordie oriuntur et, quod gravius est, coactio vel inpressa extortio alicuius intercedit, presenti approbante concilio statuimus ut, cum in archiepiscopum sive in episcopum aliquis debuerit eligi, electioni archiepiscopi suffraganei sui et electioni episcopi metropolitanae suae intersit, ne per abusum vel potentiam alicuius laicalis oppressionis sive per labem symonie vel aliud id eveniat quod directos eligentium animos possit immutare, sed in ipsorum presencia pura et canonica electio proveniat et illa forma in eligendo a capitulis quibus de iure competit penitus observetur que continetur in moderno // Lateranensi concilio⁹, et eciam quod qui eligitur tricesimum iam etatis suae attigerit annum et

⁶ Geremia 1,10.

⁷ Apocalisse 14,5.

⁸ Matteo 13,25.

⁹ COD, *Lateranense IV*, const. 24. *De electione facienda per scrutinium vel compromissum*.

sit de legitimo matrimonio natus et scientia et vita commendabilis habeatur, utpote in conciliis et canonibus aperte monstratur. Si quis autem electioni per abusum vel potentiam alicuius de se facte consentire presumpserit, iuxta modernum concilium ineligibilis habeatur¹⁰. Quod si metropolitanus ad electionem^b suffraganei vel suffraganeus ad electionem metropolitani vocatus non venerit, hii, quibus electio competit, canonicè nichilominus in electione procedant^c.

2. [E]t quia collegia ecclesiarum specialibus privilegiis et consuetudinibus solent gaudere, nil aliud super ipsorum electionibus duximus statuendum nisi quod in eligendo per // canones privilegia et antiquam atque adprobatam consuetudinem ipsis de iure competit. Ceterorum vero clericorum electiones, ne magis clerici sint debiti et subiecti laicis quam episcopis suis et ne per vitium symonie vel oppressionem laicalem sive per astutiam malitie clericorum que peccatis facientibus sepius in talibus occurrunt, per episcopos suos fieri precipimus, ita tamen quod, si ecclesia patronos laicos habuerit, cum eorum scientia episcopus eligat et instituat, contraditores per censuram ecclesiasticam compellendo. Quod quia in Sardinia ex consuetudine episcoporum intelleximus pervenire, nos predictam consuetudinem laudabilem auctoritate concilii duximus approbandam^d.

3. [V]erum quia experimento didicimus quod clerici Pisani, qui in Sardinia commorantur et eciam Pisis, reprobo Hubaldo favent modis omnibus // quibus possunt, immo, quod deteri-

^b *La prima e in soprilinea* ^c *Sul margine esterno perpendicolare al testo, probabilmente di altra mano* Quod metropolitani sint in electionibus suffraganeorum et suffraganei in electionibus metropolitanorum ^d Electiones canonicorum secundum canones et adprobatam consuetudinem fiant at inferiorum ab episcopis fiant *cf. nota c*

¹⁰ COD, Lateranense IV, const. 25. *Quod electio facta per secularem potestatem non valeat.*

us est, laicis deteriores ipsos cotidie invenimus, matrem suam sanctam Romanam Ecclesiam impugnando, et quia nullum bonum de prelacionibus ipsorum ipsis ecclesiis sive pre dicte insule intelleximus provenire, imo, quod cum pudore dicimus, guerras sopitas et discordias reviviscunt ibidem, nec Deum timent nec Romanam Ecclesiam reverentur, die noctuque cogitant plus laicis qualiter dominio Pisane civitatis possint Sardiniam subiugare, non attendentes quod Sardinia ad Romanam Ecclesiam pertinet sicut in Censuali apertissime continetur, sacro approbante concilio ordinamus ut nullus clericus de civitate Pisana, commitatu vel districtu eiusdem possit in Sardinia ad canoniam vel regimen ecclesie sive ad aliquam digni//tatem aliquatenus promoveri, nisi de domini pape vel eius legati licentia speciali, donec tam Castrenses quam Pisani Romane Ecclesie sint rebelles. Quod si forte contra presumptum fuerit, talis electio sive beneficii collatio ipso iure nulla penitus habeatur; electores autem sive qui eis beneficia ecclesiastica conferunt, per biennium a beneficio sint suspensi; nichilominus eligendi potestate atque talis beneficii collatione careant ea vice nisi forte abbas vel prior de predictis locis in Sardiniam mitterentur pro domibus religiosis custodiendis, quos, quantum cum Deo possumus, volumus honorare^e.

4. [P]RETEREA quia super clericis alterius episcopi et aliorum servis non ordinandis hactenus statuta canonica processerunt // presenti concilio firmiter inhibemus ne aliquis episcopus clericum alterius sine commendaticii litteris ipsius et nec aliquius servum, nisi domino sciente et non contradicente vel saltem eundem libertati^f donante presumat aliquatenus ordinare, que si fecerit, penam canonicam non evadat. Clericum autem servum ecclesie sine episcopi sui licentia faciat ordinari nullus^g.

^e Ne clericis Pisani eligantur ad aliquam dignitatem vel personatum in Sardinia
cfr. nota c ^f *Nel testo liberati* ^g Nullus episcoporum ordinet clericum
 alterius episcopi sine litteris sui episcopi vel alterius sine consensu domini sui
cfr. nota c

5. [L]ICET sanctorum canonum passim inhi-beant instituta ut presbiterorum filii et ceteri ex fornicatione nati non debeant ad sacros ordines promoveri ad abolendam hanc pessimam que inolevit in hac insula corruptelam ubi indifferenter discretionem et pontificali modestia non servata ad sacrorum ordinum dignitatem promoventur, auctoritate qua fungimur firmiter inhi-be-mus ut sacerdotum // filii et alii de fornicatione geniti ad sacros ordines non ascendant, nisi quatenus in canonibus reperitur de superioris licentia obtentum^h.

6. [S]ACRI insuper approbatione concilii duximus statuendum ut episcopi clericis, quos ad sacros ordines duxerint promovendos, providere debeant nisi pro titulo patrimonium sibi eligant unde vivantⁱ.

7. [C]UM etiam dignitas cuiuslibet in sacris ordinibus constituti labe incontinentie plurimum obfuscetur et decidat in contemptum, ac proinde gregi dominico scandalum antepo-nant qui debent lucerna esse in domibus Iesu Christi; ad enormitatem huiusmodi penitus eradicandam que adeo in^j insula ista^k inolevit, quod clericalis ordo // non videtur differre a lascivia laicorum, sollicitate volentes et diligenter intendere, presentis approbatione concilii auctoritate qua fungimur, duximus statuendum ut si quis prelatus alicuius ecclesie ausu nephario in concubinam publice retinere presumpserit liberam mulierem, medietas prolis ex hiis nate diocisiano episcopo competat et alia medietas domino terre. Si vero ipsa amonita ab eo discedere noluerit infra mensem predictorum efficiatur ancilla^l.

^h Ne filii sacerdotum vel de fornicatione nati ad sacros ordines promoveantur *cfr. nota c* ⁱ Clericis in sacros ordines constitutis beneficium assignetur *cfr. nota c* ^j In *interlinea* ^k Ista *interlinea* ^l Quod concubina sacerdotum et eorum filii rediantur in servitutem *cfr. nota c*

8. [S]I AUTEM ancillam alicuius private perssone incestuose tenuerit manifeste, verus ancille dominus a diocesiano^m episcopo coram viris ydoneis moneatur ut in mensem ancillam suam a tanta nequitia debeat revocare; quod si neglexerit // ut supra ancille dominus puniatur, medietas prolis eorum episcopo capellano competat et alia medietas domino regni. Quod si contigerit presbiterum vel prelatum aliquem ex ancilla propria filios generare, partus ecclesie sue, ancilla vero episcopo in cuius diocesi presbiter vel prelatus administrat, servili vinculo astringatur. Si vero sit clericus in sacris ordinibus constitutus et ecclesiam non habeat, episcopi sui efficiatur ancilla et partus regni dominoⁿ subiugetur et nichilominus transgressores huiusmodi officio et beneficio spolientur. Si autem alicuius ecclesie ancilla extiterit et per prelatum ipsius admonitum revocata non fuerit, ex tunc prelati illius efficiatur ancilla in cuius diocesi tale facinus perpetratur. Ceterum, quod de episcopis dicimus idem in abbatibus, prioribus, aliisque prelati sub se capellani // habentibus, predicto modo delinquentibus volumus intelligi et ut pena, que de ancillis et liberis mulieribus earumque prole statuitur, in earum sive ipsorum bonis omnibus observetur. Si vero aliquis in sacro ordine constitutus in adulterio vel fornicatione publice perstiterit et comonitus nullatenus destiterit cessare, officio et beneficio spoliatur¹¹.

9. [P]ORRO quia clerici sunt in Domini sorte vocati, ideo in actu et habitu a laicis debent esse distincti presertim in sacris ordinibus constituti. Quare firmiter inibendo precipimus ut nulli de cetero clerici coronam et barbam nutriant, sed tonsi et pessi capite coronas habeant congruentes et clausa deferant vestimenta. In ecclesiis vero ad officia facienda capa sine caputio laicali sive // cocta vel adminus clamide utentes, distincte legant et psallant, cantantes non ad plausum hominum sed honorem

^m *Nel testo diocesiano*

ⁿ *Nel testo dominio*

¹¹ *COD, Lateranense IV, const. 14. De incontinentia clericorum punienda.*

ipsius cuius obsequio deputati noscuntur; zancas autem vel calciamenta rostrata nullatenus ferant¹². Episcopi autem coram nullo laico birrectum abstraant vel flexis genibus se inclinent nec sellas sardiscas audeant equitare. Si quis autem admonitus contra predicta venire temptaverit ab officio suspendatur.

10. [P]ARAMENTA quoque et omnis apparatus ecclesie videlicet: panni altaris, panni ad induendum, corporalia, calices et omnia alia utensilia in quibus et super quibus divina officia sacre domus fieri debent nec diminuta nec fracta vel vetustate consumpta sed nitida^o, sana et solida fiant / ut in eis sanctitatis et honestatis vestigium appareat¹³.

11. [C]ETERUM cuiuslibet ecclesie sacerdos sine uno admimus clerico quem semper habeat et sine^p lumine missam cantare non audeat, et cum ad sacrificandum accesserit, ne filius Dei qui per vinum et ne populus, qui per aquam figurantur, sacrificetur, divisim^q, quod esset non modica iniuria et nostre salutis iactura, vinum et aquam inde sacerdos ponat in calice vel saltim aquam post vinum ab alio missum. Si qui autem in hiis transgressores extiterint, donec digne penituerint, beneficio spolientur.

12. [S]ED quoniam concepta^r malitia subditorum in Sardinia magis quam alibi sepe // in suos adeo crebescit pastores, quod aut gladio sive veneno aut consilio vel aliis modis eosdem ocumbere molliuntur, ad huiusmodi abolenda flagitia potenter assurgimus, auctoritate concilii huius inrefragabiliter stantentes ut nulli de cetero clericorum virgas aut cultellas, nisi

^o *Nel testo tutida*
testo conceptu

^p *Sine in interlinea*

^q *La seconda i in interlinea*

^r *Nel*

¹² COD, *Lateranense IV*, const. 16 - 17. *De indumentis clericorum; De comessionibus praelatorum et negligentia eorum super divinis officiis.*

¹³ COD, *Lateranense IV*, const. 19. *Ne ecclesiae mundanis suppelletilibus exponantur.*

forte sine cuspidē, aliquatenus audea(n)t ferre, ne aliquid facto vel consilio seu alio modo in suos attendent exercere prelatos, propter quod mortis aut honoris periculum incurrant. Quod si quispiam peccatis exigentibus facere presumpserit, ab ordinibus degradatus, offitio et beneficio perpetuo spo lietur, nichilominus a(d) puniendum terre domino reliquendus et ne postmodum de generatione ipsius usque ad quartum gradum ad clericalem ordinem admitatur.

13. [P]Rohibemus // insuper ne servi alicuius ecclesie coram dominis suis, nisi comitando cum eis equitaverint, virgas aut cultellos gerant. Et si, diaboli faciente malitia, gladio vel alio modo in dominum suum mortem vel casum honoris ipsius intuleri(n)t, si ad manus domini terre prius devenerint, eius voluntate reliquantur puniendi. Sed si verus dominus ceperit eos, prius bonis omnibus spoliatos, ferreis vinculis colligatos, diro carceri per septennium in pane et aqua statuat puniendos postmodum quoad vixerit, duris et magnis compedibus astricti in vilioribus et turpioribus offitiis domus cuius servi esse noscuntur deserviant; itaque pena eorum sit timor et metus multorum.

14. [A]D omnimodam ecclesiarum libertatem figurandam, filius Dei vendentes et ementes deiecit de templo¹⁴, quod etiam figuratum extitit temp(or)e Pharaonis regis Egipti, quando etsi tota Egiptus in regni dictione transivit, tamen possessiones sacerdotum ipsius ab omni // tributo libere permaserunt¹⁵. Sic et concilium Later(anense)¹⁶ noviter promulgatum, volens immunitati ecclesiastice sollicite providere adversus omnes qui ecclesias et viros ecclesiasticos ac bolla ipsorum taliis seu collectis et exactionibus aliis aggravare nitantur, presumptione huiusmodi anathematis gladio prohibuit transgressores et presumptores et eorum fautores excommunicationi precipiens subiacere.

¹⁴ Riferimento a Matteo 21,12.

¹⁵ Riferimento a Esodo 1,8-12.

¹⁶ COD, *Lateranense IV*, const. 46. *De talliis a clericis non exigendis*.

15. [E]T QUIA novis morbis nove sunt adhibende medele pro eo quod domini terrarum Sardinee et curatores ac alii eorum officiales ecclesias et viros ecclesiasticos, servos, ancillas et bona ipsorum albergariis, datis, collectis, talliis, exactionibus^s aliis auferendo ab eis equos et equas et alia quando volunt multipliciter opprimunt, insuper extorquentes a servis et ancillis ecclesiarum medietatem vini, quod annuatim de terris dominorum suorum recolligunt, eosdem cum personis, bubus et curribus arando, // metendo, ferendo etiam lapides, cementum, ligna et alia quecumque volunt, tam pro regno quam potius pro se ipsis faciendo, subire compellunt, ita quod id modicum quod habent non solum timore sed amore coacto et extorto, sic exauriunt ab eis et exiggunt, quod veris dominis servire nullatenus possunt propter quod ancilla(n)tur ecclesie ultra modum et in sua iustitia multiplex patiuntur detrimentum, auctoritate igitur prefacti concilii et presentis predictorum transgressores, presumptores et eorum fautores excommunicationi precipimus subiacere. Verum si quando episcopus simul cum clericis suis forsam tantam necessitatem vel utilitatem perspexerit, ut abseque ulla coactione ad revelandas comunes utilitates et necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias duxerint conferenda, dominus terre devote et humiliter recipiat cum gratiarum actione. Propter tamen imprudentum // quorundam auditiā, Romanus pontifex primus consulatur, cuius interest^t comunibus utilitatibus providere¹⁷.

16. [S]ED quia primitie, decime¹⁸ testamenta^u ecclesiis facta et oblationes pro defuntis tributa sunt et debita ecclesiarum, sub exomunicationis pena precipimus laicis universis ut, non obstante consuetudine quam allegant, ea sine molestia et dimi-

^s *Nel testo exactionibus*

^t *Nel testo interesse*

^u *Nel testo tetestamenta*

¹⁷ *COD, Lateranense IV, const. 46. De talliis a clericis non exigendis.*

¹⁸ *COD, Lateranense IV, const. 53 - 54. De his qui praedia sua in fraudem decimarum dant aliis excolenda; Ut decimae ante tributa solvantur.*

nutione aliqua ecclesiis quibus de iure competunt humiliter et devote impendant, videlicet quod hec exsolvere minime consueverunt.

17. [E]T NE honor et libertas ecclesie usquequaque contempnatur et in suis iustitiis iacturam aliquam clerici paciantur huius concilii statuto similiter prohibemus ne clerici^v super testamentis ecclesiis factis vel // aliquibus causis spiritualibus coram iudice seculari de cetero litigent vel respondeant sed coram episcopo suo vel iudice delegato suam iustitiam prosequantur. Et insuper si clericus cum alio clerico causam habuerit ad rei episcopum vel iudicem delegatum recurrat. Si qui autem super huiusmodi extiterint transgressores ab officio suspendantur.

18. [U]T QUOS divinus^w timor non revocat saltim temporalis pena cohibeat a peccato, presenti approbante provinciali concilio duximus auctoritate qua fungimur statuendu(m) ut si quis liber de cetero, sua exigente nequitia, canonica monitione premissa, excommunicationis fuerit vinculo innodatus ac per annum in sua pertinacia presumpserit permanere, digne non satisfaciens de commissis propter que in eum excommunicationis fuerit sententia promulgata, ex tunc confiscentur omnia bona ipsius et regno cui subiacet acquirantur. Servi autem ecclesiarum, si huiusmodi delictum incurrerint, a metropolitanis suis^x diocesanis // suis episcopis pena simili puniantur.

19. [S]ED dum in excommunicatione perstiterint nec ad curatorias vel armentarias seu mandatorias sive ad silvam nec ad aliqua officia ulterius admittantur^y nec eorum aliquis “super quocumque negotio audiatur sed aliis in omnibus responde-

^v *Nel testo clericis*
mittitur

^w *Nel testo divinis*

^x *In Zichi siu*

^y *Nel testo ad-*

re cogantur¹⁹. Si autem clericus fuerit qui, ut predictum est, excesserit, districtus multetur iuxta^z canonicas sanciones.

20. [S]ANE iudicibus, qui ad malefactorum vindictam et bonorum laudem tenentur iustitiam exercere tanquam ecclesie propugnaculum, gladius et tutela, sub pena excommunicationis precipimus ut cum a metropolitanis seu diocesanis episcopis super huiusmodi fuerint requisiti, predicta faciant diligentius observari, dantes in//super in mandatis ut statuta que metropolitani^{aa} cum suorum episcoporum consilio in conciliis provincialibus de statu ecclesie et reformatione ipsarum de iure duxerint statuenda, firma et illibata serventur.

21. [P]ROHIBEMUS omnino ut nullus in gradibus per modernum concilium²⁰ prohibitis cum aliqua matrimonialiter coniungatur; quod si fecerit tam vir quam mulier excommunicationis vinculo innodentur et ex tunc ad nulla officia et honores domini terre vel coronam recipia(n)tur.

22. [U]T AD omnia potius quam ad aliud moneamur, presenti concilio statuimus ut, si aliquis contraxerit cum aliqua in gradu prohibito et ideo se pro // excommunicatis gerant, quod quasi pro lege in Sardinia observatur, et aliquo eorum mortuo alter nondum absolutus ad aliam transierit provinciam cum contracturus ibidem, si ab illa excommunicatione petierit absolvi, ecclesie forma servata, a diocisiano episcopo absolvatur.

23. [V]OLUMUS insuper et firmiter statuimus quod illa sententia excommunicationis de aliquibus in gradu prohibito non matrimonialiter coniungendis pro lege ab omnibus habeatur in Sardinia et per omnia et ab omnibus observetur.

^z *Nel testo* iusta ^{aa} *Nel testo* metropolitanum

¹⁹ COD, *Lateranense IV*, const. 3. *De haereticis*.

²⁰ COD, *Lateranense IV*, const. 50. *De restricta prohibitionem matrimonii*.

24. [S]ICUT sacris est canonibus institutum, presentis auctoritate concilii volumus observari ut archipresbiteri de cetero per sue potestatis abusum absque canonicorum suorum consilio maiora domus // negotia non disponant, canonici sane eisdem tanquam maioribus secundum Deum uno corde et animo devote cohereant et insimul vivant, dormiant et manducent. Ad suspicione(m) eciam et fraudem qua(m)libet excludendam, archipresbiteri comuni suorum canonicorum consilio camerarios eligant, qui, statuis temporibus, sibi de comissis reddant presentibus omnibus ratione(m).

25. [N]E AVARITIA, que «idolorum servitus»²¹ ab apostolo iudicatur, electum genus clericorum et «regale sacerdotium»²² dehonestet, sacro approbante concilio duximus statuendum nisi clericus, postquam ad regimen fuerit assumptus ecclesie, domum, vineam, predia, possessiones quaslibet, servos vel ancillas et animalia // sive quilibet aliud edificaverit, plantaverit, excoluerit, emerit aut alio quocumque modo habuerit, si ante obitus sui diem coram episcopo suo non ostenderit, hoc se aliunde quam ab ecclesia sive ipsius occasione fuisse adeptum, post mortem eius predicta omnia ecclesie cui servisse dignoscitur applicetur, nulla super hoc ulterius sui heredis probatione amissa. Quod si ante vite sue terminum malitiose fortassis aliquod predictorum sine^{bb} sui episcopi licenciam distraxerit et restituatur ecclesie et clericus, ut dignum fuerit, puniatur.

26. [Q]UIA ex ignorantia clericorum tam ipsis clericis quam ecclesiis sibi commissis consueverunt gravamina plurima provenire, ideo sacri approbatione concilii statuimus ut, si quis clericus docibilis voluerit ad studium theologicum proficisci, suum

^{bb} *Nel testo sive*

²¹ Galati 5,20.

²² 1Pietro 2,9.

beneficium integraliter percipiat, ecclesie si parrochia habuerit de aliquo prius proviso qui honeste deservire // possit eidem. Ad reliquos sane clericos edocendos metropolitana saltem ecclesia doctore(m) unum habeat in gramatica compentente(m)²³.

27. [I]LLUD etiam approbatione concilii duximus statuendum ut omnes^{cc} liberi tam maiores quam minores uxores suas diebus dominicis et sollempnibus ad minus ecclesiam orationis causa vel penitentiae visitare permittant.

[C]ONS(t)itutiones venerabilis viri domini Got(t)ifridi Prefecti, domini pape subdiaconi et capellani apostolice Sedis in Sardinia et Corsica legati, edite in concilio apud episcopatum Sancte Iuste celebrato, anno Domini Millesimo .CC. XXVII. indictione .XIII. die .XIII., intrante mense Novembri, pontificatus domini Honorii .III. pape anno .X., ubi interfuerunt // archiepiscopi et episcopi Sardinie et alia multitudo prelatorum.

^{cc} *Nel testo omnis*

²³ COD, *Lateranense IV*, const. 11. *De magistris scholasticis*.

APPENDICI

Le circoscrizioni ecclesiastiche durante il Medioevo

[Da Storia dei Sardi e della Sardegna, II, a cura di M. Guidetti, Milano, Jaca Book, 1988, p. 285]



elaborazione di Raimondo Turtas

Quando non sono indicati, i nomi delle sedi diocesane coincidono con il nome della diocesi.

APPENDICE 1

CRONOTASSI DEGLI ARCIVESCOVI E VESCOVI DELLA SARDEGNA DURANTE IL PONTIFICATO DI ONORIO III

A meno di varianti debitamente segnalate, per le province di Cagliari e Torres e per le sedi di Civita e Galtellì e Santa Giusta, questa cronotassi ricalca il contributo di R. TURTAS, *Cronotassi dei vescovi sardi*. Per gli arcivescovi di Oristano e i vescovi di Terralba si è invece fatto riferimento ai contributi di M. VIDILI, *Cronotassi documentata degli arcivescovi di Oristano*; *Cronotassi documentata dei vescovi di Terralba* e soprattutto *Cronotassi documentata degli arcivescovi di Arborea*. Ad essi si rimanda per i dettagli sulle fonti. Le date tra parentesi indicano la possibilità che il vescovado sia iniziato prima e/o dopo la data indicata. Lì dove vi è una sola data significa che si possiede solo una attestazione.

PROVINCIA ECCLESIASTICA DI CAGLIARI (Giudicato di Cagliari)

Arcivescovi di Cagliari

(1183-1217) **Ricco**.

(1218-1226) **Mariano**, trasferito da Sulci.

Vescovi di Dolia

(1206-1226) **Guantino Pizzolo**.

Vescovi di Suelli

(1206-1217) **Torgotorio**.

(1225-1237) **Cerchis** (Sergio).

Vescovi di Sulci

(1206-1218) **Mariano**, trasferito a Cagliari.

(1221-1226) **Bandino**, canonico pisano.

PROVINCIA ECCLESIASTICA DI ORISTANO
(Giudicato d'Arborea)

Arcivescovi d'Oristano

(1200-1220) **Bernardo** (VIDILI, *Cronotassi documentata*, pp. 16-18, che inserisce per il 1200 anche un Anonimo basandosi sul doc. 17. Ritengo che l'Anonimo in questione sia lo stesso Bernardo).

(1224-1244) **Torgotorio de Muru**, trasferito da Terralba.

Vescovi di S. Giusta

Non se ne conoscono per questo periodo.

Vescovi di Usellus

Non se ne conoscono per questo periodo

Vescovi di Terralba

(1210-1224) **Torgotorio de Muru**.

PROVINCIA ECCLESIASTICA DI TORRES
(Giudicato di Torres)

Arcivescovi di Torres

Anonimo al quale Onorio scrive una lettera
1225 **Gianuario**

Vescovi di Ploaghe

1215 **Riceto?**

Vescovi di Sorres

1221 Anonimo inviato dal giudice di Torres presso Onorio III.

Vescovi di Ampurias

Non se ne conoscono per questo periodo.

Vescovi di Bosa

Non se ne conoscono per questo periodo.

Vescovi di Ottana

Non se ne conoscono per questo periodo.

Vescovi di Bisarcio

Non se ne conoscono per questo periodo.

Vescovi di Castra

(inizi XIII sec.-1224) **Raimondo** (Sanna, *La diocesi di Castra*).

SUFFRAGANEE DI PISA
(Giudicato di Gallura)

Vescovi di Galtelli

Non se ne conoscono per questo periodo.

Vescovi di Civita

Non se ne conoscono per questo periodo.

APPENDICE 2
CRONOTASSI GIUDICALI.

GIUDICATO D'ARBOREA

Pietro I (1172 - morto entro il 1200), dal 1192 in condominio con **Ugo Ponç de Bas** (1192 - morto dopo il 3 settembre 1211).

Ugo Ponç de Bas (1192 - morto dopo il 3 settembre 1211), in condominio con **Pietro I** sino al 1196 ca. e, dopo aver dovuto lasciare il potere a **Guglielmo di Massa**, in condominio con questo stesso sino alla morte.

Guglielmo di Massa (1196 ca. da solo fino al 1200 ca.), poi in condominio con **Ugo Ponç de Bas**.

Barisone II (*post* 1211 - 1217).

Dopo la morte di **Barisone II** la situazione istituzionale del giudicato non è chiara. Una parte del regno resta nelle mani della casa di Torres sino al 1236; il resto è luogo di contesa ed esercizio del potere dei Visconti e altre famiglie signorili (per esempio i da Capraia), ma non a titolo sovrano. Diritti poteva forse provare a esercitarne **Benedetta di Massa**, ma non se ne hanno tracce.

GIUDICATO DI CAGLIARI

Guglielmo di Massa 1190 ca. - 1214 ca.

Benedetta di Massa (1214 -1232) dal 1214 al 1218 col marito **Barisone II d'Arborea**;

dal 1218 col secondo marito **Lamberto Visconti**;
nel 1221 risulta sposata con **Ubaldo Visconti**;
nel 1226 sposa **Enrico di Cepola**;
nel 1227 sposa **Rinaldo de' Gualandi**.

GIUDICATO DI GALLURA

Elena (1200 - 1206), figlia di un anonimo giudice. Fino all'agosto 1206 con la tutela della madre **Odolina**. Dopo il 17 agosto 1206 sposa **Lamberto Visconti**, al quale cede il potere.

Lamberto Visconti (1206-1224 *circa*).

GIUDICATO DI TORRES

Comita (1198-1218); fratello di Costantino, che era morto senza eredi diretti; nel 1204 ha già associato al trono il figlio **Mariano** (II); dal 1206 e fino alla morte controlla parte del giudicato di Gallura; dal 1217 condomino in Arborea.

Mariano II (1218-1232), già associato al trono dal 1204; controlla anche parte dell'Arborea sino alla morte; nel 1219 cede una parte del giudicato di Gallura già detenuta dalla sua casata dal 1206. Nel 1220 ha già associato al trono il figlio **Barisone** (III) (cfr. doc. 74).

TABELLA 1. Sinossi delle edizioni del corpus documentario

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
1	1	1216, lug. 24, Perugia	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 1rv, ep. 3. BUCa, S.P. 6 bis, 4.7, 15rv.	Potthast, I, 5317-5320, p. 468; Pressutti, I, 3, p. 2; <i>Annales</i> , 20, p. 355 (<i>ad annum</i> 1216, nn. 18- 19); Horoy, II, doc. I, coll. 1-2	<i>Venerabilibus</i> <i>fratribus ar-</i> <i>chiepiscopis et</i> <i>Sardiniam con-</i> <i>stitutis</i>
2	2	1216, ag. 12, Perugia	AAM, Aula III, cap. I, cas. III, n° 29	Potthast, I, 5327, p. 469; Pressutti, I, 24; Gattola, II, coll. 428-440; CDS, I, XIII, doc. XXXIII, pp. 328-329; <i>Bullarium</i> <i>Romanum</i> , III, doc. I, pp. 304-309; Horoy, II, doc. XIV, coll. 17-24; Saba, doc. XLIII, pp. 213-214	<i>Stephano abbati</i> <i>monasterii S.</i> <i>Benedicti Cassi-</i> <i>nensis, eiusque</i> <i>fratribus</i>
3	3	1216, ott. 15, Laterano	ASFi, <i>Diplo-</i> <i>matico per-</i> <i>gamene</i> (secc. VIII-XIV), 1216 ottobre 15, Ripoli, San Bartolomeo	Potthast, I, 5343, p. 471; Pressutti, I, 60, p. 11; Lami, I, pp. 557-559; CDS, XIII, doc. XXXIV, p. 329; Horoy, II, doc. XXXVII, coll. 52-56	<i>Abbati monas-</i> <i>terii Vallum-</i> <i>broiani, eiusque</i> <i>fratribus</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
4	3bis	1216, ott. 26, Laterano		Lami, pp. 1400-1410	<i>Alberto magistro hospitalis de Altopassu eiusque fratribus</i>
5	4	1216, nov. 21, Roma	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 25r-26r, ep. 104	Potthast, I, 5362-5365, pp. 472-473 Pressutti, I, 111, pp. 19-21 Horoy, II, doc. LXV, coll. 89-93	<i>Panormitano archiepiscopo et suffraganeis eius</i>
6	5	1216, dic. 13, Roma S. Pietro	ASPi, <i>Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta</i> , 1216, dic. 13	Schirru, <i>Le pergamene</i> , pp. 121-123	<i>Dilectis filiis rectori et fratribus hospitalis de Stagno</i>
7 8	7 8	1217, gen. 30 e feb. 1, Laterano	ACPi, <i>Pergamene</i> 840; e 839		<i>Universis Christianifidelibus per Sardiniam constitutis</i>
9	9	<1217>, feb. 9, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 57r, ep. 222	Pressutti, I, 318, pp. 56-57; Scano, XLIX, p. 33	<i>Archiepiscopis et episcopis et abbatibus, prioribus archidiaconis prepositis et aliis ecclesiarum prelati per [...] Sardiniam constitutis</i>
10	10	1217, feb. 28, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 81r-81v, ep. 312/ BUCa, S.P. 6 bis, 4.7, f. 16rv	Potthast, I, 5477-5479, p. 482; Pressutti, I, 381, pp. 67-69; Horoy, II, doc. CCXLIV, coll. 290-302;	<i>Venerabilibus fratribus archiepiscopo Kalartano et suffraganeis eius</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
11	12	1217, mar. 9, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 80r	Potthast, I, 5487, p. 483; Pressutti, I, 407, pp. 72-73; <i>Annales</i> , 20, p. 386 (<i>ad annum</i> 1217, n° 87); CDS, I, sec. XIII, doc. XXXVI, p. 331; Horoy, II, doc. CCLIV, col. 517 e doc. XCII, col. 571	< <i>Hostiensi epis- copo, apostolice Sedis ligato</i> >
12	13	<1217 prima metà>	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 115r-116r, ep. 479	Pressutti, I, app. 1, 6, p. LI Scano, L, pp. 33-35 <i>Annales</i> , 20, pp. 386-388 (<i>ad an- num</i> 1217, nn. 90-96); CDS, I, sec. XIII, doc. XXXV, pp. 329-331, <1217>; Pinna-Zedda, pp. 461-465	<i>Piissimo patri et domino suo .H<onorio>. Dei gratia summo pontifici</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
13	14	1217, nov. 24, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 177r-178r, ep. 739	Potthast, I, 5622, p. 494; Pressutti, I, 885, pp. 149-150; Scano, LII, p. 36 <i>Annales</i> , 20, pp. 371-372 (<i>ad an- num</i> 1217, nn. 27-28); <i>Bullarium Romanum</i> , III, doc. XVI, pp. 331-333; CDS, I, sec. XIII, doc. XXXVII, pp. 331-332, parziale; Horoy, II, doc. LXIV, coll. 540- 543	<i>Archiepiscopo Alborensi et universis episco- pis ac omnibus ecclesiarum prelatis tam exemptis quam aliis per Albo- rensem provin- ciam constitutis</i>
14	15	1217, dic. 2, Laterano	ASGe, <i>Archivio segreto</i> , Mat. Pol., 2722, doc. 27 ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 180rv, ep. 752	Potthast, I, 5626, p. 495 Pressutti, I, 896, pp. 151-152 Scano, LIII, p. 37 <i>Bullarium Romanum</i> , III, doc. XVII, pp. 333-335; Horoy, II, LXIX, coll. 546-548	<i>Potestatibus et populis Pisanis et Ianuensibus</i>
15	16	1217, dic. 2, Laterano	ASGe, <i>Archivio segreto</i> , Mat. Pol., 2722, doc. 26	Potthast, I, s.n., p. 495 Pressutti, I, s.n., p. 152 CDS, I, XIII, XXXIX	
16	17	1217, dic. 6, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 180r, ep. 751	Pressutti, I, 904, p. 153 Scano, LIV, pp. 37-38	<i>Potestatibus et populis Ianuen- sibus et Pisanis</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
17	20	1217, dic. 7, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 179v, ep. 739	Pressutti, I, 906, p. 153 Scano, LV, p. 38	<i>Archiepresbitero Pisano</i>
18	21	1217, dic. 21, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 184, ep. 769	Pressutti, I, 936, p. 157 Scano, LVI, pp. 38-39 <i>Annales</i> , 20, p. 389 (<i>ad annum</i> 1217, n. 101)	<i>Episcopo Sul- tiansi</i>
19	22	1218, gen. 2, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 185v, ep. 775	Pressutti, I, 958, p. 161 Scano, LVII, p. 39	<i>Archiepiscopo Pisano</i>
20	23	1218, feb. 5, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 215r, ep. 869	Potthast, I, 5692, pp. 500- 501 Pressutti, I, 1063, p. 179 Scano, LIX, p. 40 Ughelli, III, col. 425 CDS, I, sec. XIII, doc. XXXIX, p. 333, parziale	<i>Archiepiscopis et episcopis et nobilibus viris Turritano et Gallurensi iu- dicibus aliisque nobilibus per Sardiniam con- stitutis</i>
21	24	1218, feb. 5, Laterano	ASPi, <i>Diplo- matico</i> , Atti pubblici, 1217 s. p., febbraio 5, corta ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 215r, ep. 870	Potthast, I, 5693, p. 501 Pressutti, I, 1064, pp. 179- 180 Scano, LVIII, pp. 39-40 Ughelli, III, col. 425 CDS, I, sec. XIII, doc. XLI, p. 334, parziale Horoy, II, doc. CXXV, coll. 621-622	<i>Capitulo, clero et populo Pisanis</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
22	25	1218, feb. 8, Laterano	ASPi, <i>Diplomatico</i> , Atti pubblici, 1217 s. p., febbraio 8, lunga ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 214v-215r, ep. 868	Potthast, I, 5695, p. 501 Pressutti, I, 1071, p. 180 Scano, LX, p. 40 <i>Annales</i> , 20, p. 396 (<i>ad annum</i> 1218, n 30), parziale Horoy, II, doc. CXXVII, col. 622	<i>Vitali Pisano archiepiscopo</i>
23	26	<1218, marzo circa>	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 228r, ep. 933	Pressutti, I, 1547, p. 256 Scano, LXI, p. 41	<i>Hiis episcopis et abbatibus exemptis per [...] Sardiniam constitutis</i>
24	30	1218, mar. 17, Laterano		Nardi, p. 104 Zanetti, p. 230	<i>Benigno abbati et conventui Vallis umbrosae Capitulo Calaritano</i>
25	31	1218, mar. 27, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, f. 235v, ep. 967	Potthast, I, 7714, pp. 663-664 Pressutti, I, 1184, p. 197 Scano, LXII, p. 41 Mattei, <i>Sardinia Sacra</i> , pp. 92-93 CDS I/2, Appendice, doc. IV, p. 881	<i>Abbatibus Sancti Victoris Massiliensis</i>
26	32	1218, giu. 18, San Pietro	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 9, ff. 268v-269r, ep. 1196	Potthast, I, 5833, p. 514 Pressutti, I, 1445, p. 239 Horoy, II, doc. CCXCVIII, coll. 803-808	<i>Abbatibus Sancti Victoris Massiliensis</i>
27	35	1218, ag. 19, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, ff. 7v-8r, ep. 32	Pressutti, I, 1589, p. 265 Scano, LXIII, p. 42	<i>Consulibus et populo Pisanis</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
28	36	1218, ag. 19, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, ff. 7v-8r, ep. 32	Pressutti, I, 1589, p. 265 Scano, LXIII, p. 42	<i>Archiepiscopo Pisano</i>
29	38	1218, ag. 22, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, f. 6r, ep. 22	Pressutti, I, 1592, pp. 266 Scano, LXV, pp. 43-44	<i>Petro priori et conventui mon- asterii Sancti Saturni</i>
30	39	1218, ag. 22, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, f. 8r, ep. 33	Pressutti, I, 1593, p. 266 Scano, LXIV, p. 43	<i>Hugoni sub- diacono et Orlando capel- lanis nostris apostolice Sedis legatis</i>
31	40	1218, ag. 23, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, ff. 6v-7r, ep. 26	Pressutti, I, 1594, p. 266 Scano, LXVI, pp. 45-46	<i>Hugoni et Ro- lando capellanis nostris aposto- lice Sedis legatis</i>
32	42	1218, ott. 5, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, ff. 15v-16r, ep. 71	Pressutti, I, 1633, p. 272 Scano, LXVII, pp. 46-47 Motzo, <i>Il pat- rimonio</i> , pp. 216-219	<i>Mariano epis- copo Sulciensi</i>
33	43	1218, nov. 8, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, ff. 26rv, ep. 119	Pressutti, I, 1672, p. 278 Scano, LXVIII, pp. 47-48	<i>Archiepiscopo Pisano</i>
34	44	1218, nov. 8, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> 10, ff. 26rv, ep. 119	Pressutti, I, 1672, p. 278 Scano, LXVIII, pp. 47-48	<i>Consulibus et populo Pisanis</i>

N°	N° ed.	Data	Collocazione	Edizioni	Inscriptiones
35	45	1218, nov. 10, Laterano	ASV, <i>Reg. Vat.</i> <i>10</i> , f. 26r, ep. 117	Potthast, I, 5917, p. 519 Pressutti, I, 1674, pp. 278- 279 Scano, LXIX, p. 48 <i>Bullarium</i> <i>Romanum</i> , III, doc. XXVII, p. 345 CDS, I, sec. XIII, doc. XLII, p. 334 Horoy, III, XXXVII, coll. 15-16	<i>Universis Chris- tifiedelibus per Mediolanensem provinciam</i>
